



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Liber VII. De censuris ecclesiasticis & irregularitatibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

LIBER VII.

De censuris ecclesiasticis & irregularitatibus.

CAPUT I.

De censuris in genere.

DUBIUM I.

Num. 1.

Quid censura ecclesiastica.

Resp. Est poena spiritualis & medicina
 lis, per quam homini baptizato delin-
 quenti ac contumaci, per potentiam
 ecclesiasticam aufertur usus quorundam bono-
 rum spiritualium. *Lay. l. i. t. 5. p. i. c. 1. Unde resolves.*
 I. Per censuram non privatur homo bonis
 merè internis, v. g. caractere, potestate Ordi-
 nis: nec bonis propriis ac privatis, v. g. fide,
 charitate, gratiâ, &c. sed quibusdam externis
 & publicis, sive actionibus, quæ habent spiri-
 tualem aliquem effectum vel commodum, ut
 sunt Sacrificium, officium divinum, Benefi-
 cium, administratio & susceptio Sacramento-
 rum, Indulgentia, publica Ecclesiæ suffragia;
 quia hæc & non illa subsunt dispositioni Eccle-
 siæ. Unde si interdum privetur bono aliquo
 temporali, v. g. convictu humano per excom-
 municationem, id tantum sit secundario.
 II. Exilium, carcer, servitus, privatio Benefi-
 cii, nisi adjunctam habeant suspensionem ali-
 quam spiritualium actionum, non sunt censu-
 re, quia sunt poenæ temporales.
 III. Nec degradatio vel depositio est censura,
 quia etsi sit poena spiritualis, non tamen medi-
 cina.

or.
lii
dix
viii

»cinalis sed perpetua, & ob peccatum præter-

»tum, etiam emendatum, potest infligi.

» IV. Nec cessatio à divinis, quia non imponi-

»tur per modum medicinæ ad tollendam con-

»tumaciam sed ad propulsandam injuriam Ec-

»clesiæ factam.

» V. Nec irregularitas, siue sit ex defectu, quia

» hæc non est pœnalis sed tantum impedimen-

»tum canonicum; siue sit ex delicto, quia hæc

» non irrogatur per modum pœnæ medicinalis

» sed punitivæ & ex se perpetuæ: Unde nec tolli-

» tur per absolutionem, sicut censura, sed per di-

» spensationem. *Bon. d. 1. q. 1. p. 1.*

» VI. Quando in Jubilæis vel privilegiis datur

» potestas absolvendi à censuris, non compre-

» henditur irregularitas, nisi expressè addatur.

A D D E N D A.

2. **Q**uest. 1. *Quinam circa censuras sint errores heretico-*
ricorum, & quæ doctrina catholica. 22. §. 1. *Vicleff, Huss & Lutherus docuerunt censuras multo*
minus esse valoris: sed Conc. Constantiense damnavit
hos Vicleff articulos: 13. Illi, qui dimittunt prædicare
sive audire verbum Dei propter excommunicationem
hominum, sunt excommunicati, & in Dei iudicio re-
ditores Christi habebuntur. 30. *Excommunicatio Papæ*
vel cujuscunque Prælati non est timenda, quia est contra
ra Anti-Christi. Similiter hunc Huss articulum
 damnavit idem Conc. Constant. 18. *Quilibet præ-*
dicantis officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium
accedit, & illud mandatum debet exequi, præterea ex-
communicatione non obstante. Hos Lutheri art. dam-
 navit Leo X. 23. *Excommunicationes sunt tantum ex-*
ternæ pœnæ, nec privant hominem communibus spiri-
tualibus

ualibus, Ecclesie orationibus. 24. Docendi sunt Christi-
fidei plus diligere excommunicationes quam timere.

§. 2. Hos alios Vicleji articulos damnavit 3.
idem Conc. Constant. 11. Nullus Prælati debet aliquem
excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum
à Deo: & qui sic excommunicat, sit ex hoc hereticus vel
excommunicatus. 12. Prælati excommunicans Cleri-
cum, qui appellavit ad Regem vel ad Concilium Regni, eo
ipso traditor est Regis & Regni. Similiter illos Joannis
Huss. 14. Doctores ponentes, quod aliquis per censuram
ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, seculari
iudicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc Pontifi-
ces, scribas & Pharisæos &c. 19. Per censuras ecclesiasti-
cas ad sui exaltationem Clerus populum laica-
lem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam
proregit, & viam parat Anti-Christo &c.

§. 3. De fide est esse in Ecclesia potestatem fe- 4.
rendi censuras, ex Matth. 18. Quodcumque ligave-
ritis super terram, nam Calvino teste apud Bellarm.
De Pontif. l. 1, c. 13. Christus ibi loquitur etiam
de potestate excommunicandi, & Christum ibi
loqui de actibus externæ jurisdictionis docent
SS. PP. & Theologi omnes cum Suar. hinc d. 1. §.
2. possuntque videri etiam Castrop. d. 1. pu. 3. &
Dicast. d. 3. à n. 6. Ratio autem est, quia in om-
ni bene constituta Rep. debet esse potestas quos-
dam sibi noxios excludendi à suo corpore, alios
malè administrantes suspendendi à quibusdam
officiis, aliis interdicens certos actus & fun-
ctiones, ergo id etiam esse debet in Ecclesia; hæc
autem est ipsa potestas ferendi censuras, nempe
excommunicationem, suspensionem & interdi-
ctum, ergo. Censurarum autem materiam &
cognitionem pertinere ad solos Judices ecclesia-
sticos docet Trid. cujus verba referam n. 18. po-
téstque

or.
lii
dix
viii

restque videri etiam Pignar. tom. 6. conf. 19.
16. & 20.

5.

DUBIUM II.

Quotuplex censura.

» **R**esp. Dividitur 1. Essentialiter, in excom-
» municationem, suspensionem & interdi-
» ctum. 2. Accidentaliter in eam, quæ est à Jure
» & fertur per Canones, Constitutiones vel statuta
» ecclesiastica, stabili ac permanente lege :
» eam, quæ est ab homine, quæ scilicet fertur
» Judice vel Prælate per modum mandati
» sententiæ judicariæ. Estque vel particulari-
» circa factum aliquod particulare aut certas
» personas, vel generalis, quæ nullâ singularem
» facti aut personæ determinatione fertur.
» eam, quæ est sententiæ latæ, quam scilicet
» aut Judex statuit ipso facto, (quo quis, v. g.
» contra legem facit) sine alia sententiâ in-
» erendam : & eam, quæ est ferendæ, quam
» aut Judex non vult ipso facto incurri sed
» sententiâ infligi : Pro quibus dignoscenda
» consideranda sunt verba, quibus censura fer-
» tur ; quæ si includant alterius actionem seu in-
» ministerium, significant censuram esse sententiæ
» ferendæ : latæ verò, si non includant. Si verò
» ambigua sint, teneri potest *regula 49. Juris in*
» quod in dubio circa pœnas benignior in-
» pretatio sit faciendâ : *Unde resolves,*
» I. Est censura latæ sententiæ, 1. si verba
» præteriti aut præsentis temporis, v. g. excom-
» municavimus, excommunicatus est vel suspen-
» dico, excommunico, suspenduntur, interdicimus
» volumus aut jubemus esse excommunicatum
» suspensum &c. 2. Si addatur particula ipso Jure

ipso facto vel sine alia sententia. 3. Si verba sint imperativi modi, v. g. incidat in excommunicationem, maneat interdictus &c. Ratio, quia hæc omnia nullius actionem interponunt.

II. Sententiæ ferendæ est saltem ut plurimum, 1. si verba sint futuri temporis, v. g. excommunicabitur, suspendetur. 2. Si dicatur, excommunicetur, suspendatur, volumus excommunicari. 3. Si verba sint minatoria, v. g. sub pœna excommunicationis, sub interminatione anathematis &c. nisi tamen ex adjunctis aliud colligatur.

A D D E N D A.

Quest. 2. Quæ sit significatio variorum terminorum, qui in hac materia de censuris sæpe recurrent. R.

§. 1. Censura secundum Bonacinam hic initio, dicitur, vel à *cenſeo*, fero sententiam : vel à *cenſio*, punio, castigo : vel à *cenſor*, cujus officium est moribus præesse & delicta corrigere.

§. 2. Censura Juris vel Canonis, sive per modum statuti dicitur illa, quæ imponitur per aliquam legem permanentem duraturam etiam post mortem illius, qui imponit: è contra illa dicitur censura hominis seu lata per modum sententiæ aut præcepti, quæ fertur cum intentione de non inducenda lege perpetua, sed tantum transeunter, & pro hoc casu, uti pluribus explicat *Dicaſt. d. 1. dub. 9.*

§. 3. Censura per sententiam potest ferri, vel per sententiam generalem, uti habet *Busenb.* si nempe indeterminatè proferatur in aliquem, qui hoc fecit vel faciet: vel per sententiam specialem & particularem, si feratur contra deter-

or.

dii

dix

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

viii

minatam in individuo personam propter hoc
individuum delictum.

9. §. 4. Quid sit censura lata & ferenda sententia, rectè explicat *Busenb.* Hæc adde, imprimis, si sit ferenda sententia, tum dici *comminatoria*. Deinde, si dicatur ipso facto excommunicatus seu excommunicabitur, est sententia lata, ut habent *Toletus Dicast.* d. 1. n. 99. Idem est, si cum verbis præteriti addantur hæc particula: *mox prorsus ex nunc, ex tunc* fit excommunicatus: sed cum verbis aliis, est ferenda, uti *mox excommunicetur*, *Suar. Dicast.* n. 101. Si autem sic dicatur qui hoc fecerit, est excommunicatus, plerique dicunt esse lata sententia, si tamen dicatur vel erit excommunicatus, *Sanch. & Dicast.* n. 100 & 110. dicunt esse ferenda: si autem dicatur anathema sit, *Suar.* dicit esse lata sententia, *Sanch. & Dicast.* supra dicunt esse lata, quando est contra hæresim, quia hæresis subjacet lata sententia ferenda autem est, si contra alia delicta dicatur. Addunt, quod quando verba non significant actionem ipsam, v. g. excommunicandi excedendam per ministerium alterius, tum significant sententiam latam, uti si dicatur: subjacet, subiacebit, incidet, incurrat, incurret censura, & ita docent *Silv. Ang. Armilla, Suar. Vasq. Arida. Dicast.* n. 103. Videri potest etiam *Pignat.* l. 1. n. 13. & *Krim.* l. 5. à n. 1614. & *quæst.* l. 1. n. 609. & 612.

10. §. 5. Ante censuram ferenda sententia præire solet monitio canonica, de qua agitur in *Constitutionem* De sent. excomm. in 6. per quod intelligitur citatio cum tribus monitionibus vel una preemptoria continente tres: Si non preceatur, est contumacia, sic dicta vel à contumacia

quia qui non obedit, est & manet tumidus seu superbus, vel à *contemnendo*, quia mandatum Superioris non curat. Estque triplex contumacia, *evadens* seu manifesta, quando reus citatus in faciem citanti dicit, se nolle comparere. *Presumpta* seu dubia, quando post factam vel publicè affixam citationem non comparat. *Vera*, si in faciem citatus taceat, & tamen postea non compareat. Plures species contumaciæ enumerat *Krimer* à n. 1712. ubi pluribus exponit, quid ad eam requiratur, ut censeatur canonica.

§. 6. Ille dicitur nominatim censuratus, qui denunciatur esse ligatus censurâ, vel expresso proprio nomine & cognomine, vel in talibus circumstantiis, ut sufficienter designetur illius persona, uti habet *Busenb.*

§. 7. Quid dicatur occultum, publicum, deductum ad forum contentiosum dixi l. 6. p. 3. à n. 870. & præter citatos tum ibi, tum locis ibi relatis docent *Escob. & Dicast.* d. 3. n. 101. aliique apud *Castrop.* d. 6. pu. 7. n. 11. ut, quid censeatur deductum ad forum contentiosum requiri, ut accusatus aliquo modo comparuerit, negando vel confitendo, prius enim non est contentio, ergo neque censetur res ad forum contentiosum deducta.

§. 8. Absolutio per hoc differt à dispensatione, quòd absolutio sit sententia remittens delictum vel poenam; dispensatio autem sit exemptio ab obligatione alicujus legis, quâ v. g. prohibetur accipere Ordines, qui aliquem occidit.

§. 9. Secundùm dicta l. 6. p. 3. n. 952. absolvi in foro interno tantùm, seu pro foro conscientia, non semper significat absolvi in Sacramento Pœnitentiæ, sed est ita absolvi, ut pro foro

or.
lii
dix
viii

externo maneat jus cognoscendi de illo delicto illudque puniendi, ita ut absolutio prior nulli juvet in foro externo.

15. §. 10. Poena purè vindicativa dicitur, quæ imponitur propter delictum præteritum, non habendo respectum ad aliquid in futurum, ut imponatur, quamvis nec sit periculum reipsius, nec spes emendationis, & talis est poena respectu damnatorum. Poena medicinalis est, quæ simul & præcipuè infligitur, vel ob emendationem, vel ad cavendas imposterum culpas & lapsus.

16. §. 11. *Anathema* penultimâ productâ, significat idem, quod aliquid oblatum vel appositum velut monumentum ad memoriam: & contra *anathema* penultimâ correptâ significat separationem, & differt accidentaliter tantum ab excommunicatione, per hoc, quod *anathema* habet cum quibusdam ceremoniis ad majorem terrorem, sic enim in Jure præscribitur, ut Episcopus solenniter excommunicaturus per *anathema* indutus sit amictu, stolâ & pluviali violaceo. 12. Presbyteri Episcopum circumstant tenentibus manibus lucernas ardentis, & post latam *anathematis* sententiam humi projiciant lucernas & pedibus conculcent, ejiciantque extra ecclesiam &c. Can. *Debent*, 56. Causâ 11. q. 3. & c. bi. Reliqui termini commodiùs per decursum explicabuntur.

17. DUBIUM III.

Qui possint ferre censuram & in quos.

»Esp. I. Censuram ferre potest omnis auctoritas Superior ecclesiastica, habens in foro externo seu contentioso jurisdictionem, si ordinariam sive delegatam.

Porro ordinariam, quæ est ratione officii vel alterius Juris, potestque delegari Clerico clericis privilegiis gaudenti (ut Bonac. d. 1. q. 1. p. 2. Laym. l. 1. t. 5. p. 1. c. 3. n. 1. ex C. Cum Ecclesiarum S. Th. Et. docent,) habet 1. Papa respectu totius Ecclesiæ. 2. Patriarchæ, Archi-Episcopi, Episcopi eorumque Vicarii Generales. 3. Generales, Provinciales & Superiores locales Religionum, respectu suorum subditorum. 4. Congregationes Religionum, Concilia provincialia Episcoporum, Capitula Provincialia quorundam religionum & denique 5. Quidam alii ex concessione, ut multi Archi-Diaconi & Archi-Presbyteri & Decani.

Delegatam habent, quibus ea committitur ab ordinariam habente, cujus morte expirat; nec delegatus potest alteri delegare, nisi habeat specialem hujus commissionem, ut si fit delegatus Papæ. Unde resolves,

I. Non possunt potestate ordinariâ ferre censuram, 1. Parochi. 2. Laici: quia non sunt capaces jurisdictionis ecclesiasticæ; uti & Religiosi professi non habentes primam tonsuram. 3. Fœminæ, licet sint Priorissæ vel Abbatisssæ, quia non sunt capaces jurisdictionis seu potestatis clavium: Quando verò in Jure dicuntur posse subjectos sibi Clericos suspendere ab officio vel Beneficio, suspensio non accipitur proprie pro censura, cujus violator irregularitatem incurrit, sed latè & improprie pro præcepto, quo Abbatisa Clerico sibi quodammodo subiecto prohibet celebrationem, donec satisfecerit, subtrahens ei redditus interea. Vid. Bon. l. c. Laym. n. 3.

Resp. II. In omnes & solos subditos alicui Superiori

Xx 5

periori

or.
lii
dix
viii

- «superiori ecclesiastico, potest ferri censura, quia
 «subjectio & jurisdictio sunt correlativa. *Laym.*
 «cap. 3. *Unde resolves,*
 «I. Non baptizati non incurrunt censuras, si
 «ceteri sint catechumeni: nec mortui; quia non
 «subiunguntur jurisdictioni Ecclesie. Nec refert, quod
 «quandoque mortui dicantur excommunicari,
 «non enim de novo ligantur, sed excommuni-
 «catio prior tantum declaratur, ac vivis prohibe-
 «betur, ne cum iis agant, orando pro illis, sepe-
 «liendo, &c. Similiter dicuntur absolvi ab ex-
 «communicatione, quando sepultura & oratio-
 «nes publicae pro illis permittuntur. *Laym. l. c.*
 «II. Advenae & peregrini brevi tempore ab-
 «cubi commorantes, non ligantur censuris loci
 «eorum, generali sententia aut statuto decreto,
 «quia non sunt subditi, *Laym. n. 5.*
 «III. Et si subditi extra suam dioecesim (vel in
 «loco dioecesis exempto) delinquentes contra
 «legem sui Episcopi non incurrant censuram.
 «Superior tamen saltem regularis potest suis
 «subditos, ubicunque existant, per particularis
 «sententiam censuris innodare. *Vid. Laym. l. c.*
 «IV. Heretici, apostatae & schismatici possunt
 «affici censuris, quia per Baptismum sunt sub-
 «diti Ecclesie. *Vid. Laym. l. c.*
 «V. Solus Papa non potest incurrere cen-
 «suram, quia nulli est subiectus, *Bon. l. 6.*

A D D E N D A.

13. **Q**uest. 3. *Quid praeterea notandum sit circa po-
 statem ferendi censuras. R. S. 1. Ante omnia
 pro hoc & sequenti dubio notanda sunt verba
 Trid. sess. 25. c. 3. De reform. Quamvis excommu-*

nicationis gladius nervus sit ecclesiastica disciplina, &
 ad continentos in officio populos valde salutaris, sobrie
 tamen magnaue circumspectione exercendus est; cum
 experientia doceat, si temere aut levibus ex rebus incu-
 ratur, magis contemni, quam formidari, & permi-
 cium potius parere, quam salutem. Quapropter excom-
 municationis illae, quae monitionibus praemissis ad finem
 revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis seu subtractis
 rebus ferri solent, à nemine prorsus, praeterquam ab
 Episcopo, decernantur, & tunc non alias, quam ex re
 non vulgari, causaque diligenter ac magna maturitate
 per Episcopum examinata, quae ejus animum moveat,
 nec ad eas concedendas cujusvis secularis, etiam Magi-
 stratus, auctoritate adducatur; sed totum hoc in ejus ar-
 bitrio & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco,
 persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit. In
 causis vero judicialibus mandatur omnibus Judicibus ec-
 clesiasticis cujuscumque dignitatis existant, ut quando-
 cumque executio realis vel personalis in qualibet parte ju-
 dicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant
 se tam in procedendo quam definiendo à censuris ecclesia-
 sticis seu interdicto; sed liceat eis, si expedire videbitur,
 in causis civilibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet
 pertinentibus contra quoscunque, etiam laicos, per mul-
 tias pecuniarias, quae locis piis ibi existentibus, eo ipso,
 quod exactae fuerint, assignentur; seu per captionem pi-
 gnorum personarumque distinctionem per suos proprios
 aut alienos executores faciendam, sive etiam per priva-
 tionem Beneficiorum aliaque Juris remedia procedere &
 causas definire. Quod si executio realis vel personalis ad-
 versus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga Judi-
 cem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone,
 arbitrio suo, praeter alias penas ferire poterit. In causis
 quoque criminalibus, ubi executio realis vel personalis,
 ut supra, fieri poterit, erit à censuris abstinendum; sed si
 dictae

or.
 lii
 dix
 VIII

dicta executioni facile locus esse non possit, licet hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen de illius qualitas, precedente binâ saltem monitione etiam edictum id postulet. Nefas autem sit seculari Magistratui prohibere ecclesiastico Judici, ne quem communicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub pretextu, quod contenta in prefato decreto non sint observata, cum non ad seculares ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non responderit, non solum ad Sacramenta & communionem sacrosanctam ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animum censuris annexus in illis per annum inforderit, contra eum, tanquam de heresi suspectum, procedi potest.

19. §. 2. Avila, Cón. Engel in Jus canon. l. 5. t. 1. n. 15. & alii putant tæminam Jure divino incapacem ferendæ censuræ, quia claves Ecclesiæ nulli fœminæ sunt concessæ, sed soli Petro Apostolis & eorum successoribus, è contrâ Sanch. Laym. Castrop. p. 4. n. 5. aliique cum Xim. n. 1654. probabilius dicunt incapacem esse Jure ecclesiastico tantum, ideóque illi communicari posse, quia potestas ferendi censuras, licet spiritualis sit, non est potestas Ordinis, cum excommunicationis sententia à Papa communicari possit, etiam laico; non est autem ratio dicendi, quod nulli potestas spiritualis conferri possit fœminæ, cum potestatem habeant ex privilegio conferendi censuras & instituendi. Potest itaque fœminæ habere clavem jurisdictionis, quamvis non Ordinis: Atque sic solvitur ratio in oppositum. Potest tamen potestatem ferendi censuram nec fœminæ nec laico nec Capitulo ex majore parte committente laicis committere potest Episcopus, qui Canon. Cap. Decernimus, De judiciis, qui est

pra Episcopi
videtur
pa delegat
cum no
siam pro
mer n. 1
§. 3.
dum p
sa prop
modum
nec neg
& semp
nis, sic
est inju
arcere,
§. 4.
nem ex
test ex c
munica
tamen
prohibe
cris, Pir
§. 5.
Concili
pareat,
Potest q
fused qu
§. 6.
dum or
ram fer
diction
existens
suum ce
si causa
ratur, c

E. J. M. J. J.
20.
T. M. J. J.
P. C. L. J. J.
L. C. J. J.
T. M. J. J.
C. J. J.

pra Episcopos, id prohibet. Probabilius etiam videtur, quod non baptizatus nequidem à Papa delegari possit ad ferendam censuram, quia cum non sit membrum Ecclesiae, nihil ad Ecclesiam propriè pertinens ei committi potest, *Krim. n. 1655.*

§. 3. Nemo potest censuram ferre per modum iudicii in causa propria, quia nemo in causa propria est Iudex, posset tamen fieri etiam per modum iudicii, si causa esset ita manifesta, ut nec negari posset, nec opus esset examinari, uti & semper fieri potest per modum iustae defensionis, sicuti enim vis vi repelli potest, ita licitum est injustum invasorem per censuram ab injuria arcere, *Diana, Krim. n. 1644. & alii.*

§. 4. Parochus, cum non habeat jurisdictionem externam, neque jus citandi, nequidem potest ex officio declarare, v. g. aliquem esse excommunicatum, nisi ipsi hoc demandetur: potest tamen ex vi latae sententiae excommunicatum prohibere ab ingressu ecclesiae, & remove à sacris, *Pirrhing. l. 1. tit. 31. n. 141. Krim. n. 1634.*

§. 5. Si Papa deprehendatur devius à fide, Concilium potest eum per censuras cogere, ut pareat, *Cap. Si Papa, Dist. 40. Leand. Krim. n. 1664.* Potestque videri *Bellarmin. De Pontifical. 2. q. 30.* fusè quaestionem illam tractans.

§. 6. Episcopus confirmatus, quamvis necdum ordinatus, potest censurare, quia censuram ferre non est actus Ordinis, sed solius jurisdictionis: Dubitatum autem est, an Episcopus existens extra suam diocesim possit subditum suum censurare; Affirmant *Sylv. Nav. Avila & alii,* si causa sit ita clara, ut ejus cognitio non requiratur, quia tum videtur cessare ratio prohibitionis;

or.
lii
dix
viii

tionis : è contrà probabiliùs negant alii cum Delb. De immun. eccles. c. 12. dub. 6. quia quum tumcunque causa sit clara , ferre censuram est actus jurisdictionis contentiosæ, quam in alieno territorio exercere non potest, quia ibi tribunal non habet.

24. §. 7. Vicarium Generalem Episcopi potest sine speciali mandato ferre censuram censent Sanch. Garc. Gutt. Gibal. Sbroz Leuren. in Vicar. c. 147. 148. Krim. n. 1649. contra Ugol. Sayr. & alios, quia hæc pertinet ad potestatem ordinariam Vicarii, qui ex Cap. 2. De consult. in 6. ex Cap. Romana De appell. in 6. facit unum tribunal cum Episcopo.
25. §. 8. Sedes vacans, sive potiùs, secundùm de sta l. 6. p. 2. n. 2266. Vicarius Capituli sede vacante potest sicut Episcopus ferre censuras, & absolvere ab eis, aut delegare potestatem ordinariam absolvendi, uti sufficienter colligitur ex Cap. un. De major. & obed. in 6. & ex Trid. sess. 24. c. 16. De reform. ac pluribus videri potest apud Leurenium in Vicario q. 475. 476. 576. Less. in Auctar. v. Absolutio. Casu 10.
26. §. 9. Clericus conjugatus non potest ferre censuras, nisi separatus à conjuge unica, & edito utrimque voto talis castitatis.
27. §. 10. Superior ipse existens in censura & mandatus, censurare non potest, nec alteri potestatem delegare, saltem re integrâ, quia jurisdictionis ejus est suspensa, Krimmer à n. 1639.
28. §. 11. Jurisdictio Superiorum religiosorum saltem eorum, qui specialia territoria non habent, non est conclusa certis finibus territoriorum, sed possunt sibi subditos citare, censurare, capere, ubicunque sint, & nemine impedi

rato, uti habent Jura & communis cum *Deld.*
dub. 5. f. 2. n. 21.

Q. 4. Quid addendum sit circa illos, in quos fertur
censura. R. S. 1. Archi-Episcopus ferre non po-
test censuras in subditum Episcopi Suffraganei,
nisi visitet actu, vel ad ipsum devolvatur causa
per appellationem, Cap. *Venerabilibus* 7. De sent.
excomm. in 6. *Côn. Krim.* n. 1629.

30.

§. 2. Episcopi, quamvis procedant ut dele-
gati Papæ, item Nuntii Apostolici, legati à late-
re non possunt contra Religiosos exemptos ferre
censuras, nisi id in specie concessum sit illis, *Pel-*
liz. De Regul. tr. 7. c. 1. n. 52. *Krim.* n. 1681. ex
Bullis apud *Rodriq.* tom. 2. qq. Reg. q. 59. a. 5. No-
tat tamen *Pelliz.* n. 56. si censura feratur contra
personas ecclesiasticas à Jure communi per Con-
stitutionem Papæ, aut statuta Nuntiorum Apo-
stolicorum, sub nomine personæ ecclesiasticæ
comprehendi Religiosos etiam laicos & Monia-
les. Addit *Sanch.* in *conf.* l. 6. c. 9. d. 1. à nu. 28.
etiam *Covarr.* & *Henriq.* si Episcopus processerit
per censuram, etiam bonâ fide, contra exem-
ptum, id esse invalidum ipso Jure, in utroque
foro, quia hic est clausula irritans, Possent tamen
Ordinarius denunciare aliquem esse ipso Jure &
facto excommunicatum ob delictum noto-
rium, quia denunciatio nil addit, & in notoriis
non requiritur cognitio judicialis, *Pignat.* tom. 7.
conf. 10. tom. 8. *conf.* 125. De *Luca* in *miscell.*
eccl. disc. 14. Videri potest De *Luca* ibidem &
Krim. n. 1684. & maximè *Pignat.* tom. 7. con-
sult. 44. à n. 14. ubi de hac potestate Episcopi
contra Religiosos multa habent.

31.

§. 3. Episcopus potest subditum suum extra
diocesim existentem ligare censura, quando res
est

or.
lii
dix
VII

est tam manifesta, ut non sit opus cognitione
causæ, vel quando jam antè habita est cognitio
causæ, *Castrop. d. 1. pu. 5. n. 3.* Item, quando
cunque censura ob delictum manifestum im-
fertur per modum statuti universaliter com-
hendentis omnes, sed per modum sententiae
particularis in certam & determinatam per-
nam, & ratio disparitatis est, quia statutum
haeret loco, sententia autem afficit personam
ubique sit, ergo cum hæc sententia non re-
quirat externum factum hominis, v. g. comp-
hensionem, sed coerceat illum in rebus in-
bilibus, non turbat alienam jurisdictionem, ergo
potest exerceri etiam in aliena ditione, *Engel. tit. 39. n. 33.* Vide dicenda à n. 43.

32. §. 4. Quamvis *Lugo* in *Resp. mor. 1. 6. d. 1.*
& alii putent Episcopum non posse ferre cen-
suram in peregrinum in sua dicecesi commo-
rentem, quia non habet potestatem in personam
ad quam debet ferri sententia, tamen alii
Engel. n. 35. contradicunt, quia sicuti potest
ferri leges, quibus obligentur peregrini, v. g.
non gestandis armis, ita illis legibus potest
di censura, & talis peregrinus ratione delicti
subditus Episcopo, secundum *Cap. ult. de
compet. Hinc docet Gibal. & ex declaratione
Congreg. Pignat. tom. 1. conf. 170. n. 8.* Episcopum
posse ferre censuram in alium Episcopum
imò etiam in Archi-Episcopum in territorio
Episcopi suffraganei delinquentem, quia quod
vis illi sint pares, aut etiam Superiores digni-
tate, tamen ratione delicti fiunt subditi Domini
illius territorii; Quod intellige, si delictum
contra legem communem Ecclesiæ, quia spe-
cialibus præceptis talis Episcopi non tenentur

tegrini, uti notant *Layn. & Krim. n. 1664. & dictum est l. 1. à n. 685.*

§. 5. Spectato Jure communi antiquo possunt Imperator & Reges etiam ab Episcopo censurari, uti patet in *Theodosio* quem *S. Ambrosius* excommunicavit, sed nunc id sibi reservat Papa, adeoque Imperator & Reges, imò & fortè etiam quidam alii supremi Principes, sunt exempti à potestate Episcoporum: *S. Anton.* tamen putat eos adhuc pro casibus notoriis subiacere Episcopis, uti notat *Dicast. d. 1. n. 223.*

33.

§. 6. Censuræ suspensionis & interdicti generaliter latæ in omnes delinquentes, non tangunt Episcopos, sed tantùm alios inferiores, Cap. *Quia periculum 4. De sent. excomm. in 6.* nimirum ne impediatur in exercitio sui Officii: Id tamen non videtur intelligi quoad excommunicationem, cùm de hac non fiat mentio, nec in positivis valeat argumentum à pari, *Nav. Suar. Gibal. Dicast. d. 1. num. 276. Krim. à num. 1687.*

34.

§. 7. Nemo incurrit censuram à se latam, quia nemo tenetur suis legibus quoad vim coactivam & pœnas, sed tantùm quoad vim directivam, communissima cum *Delb. c. 15. dub. 6.* Potest tamen quis occasione censuræ à se latæ incurere censuram ab alio latam, uti si quis conversetur cum alio à se excommunicato, incurret excommunicationem minorem à Papa latam in illos, qui cum excommunicato communicant, quidquid contradicant *Gibal. & Krim. n. 1643.* sicuti si celebret in ecclesia à se interdicta, probabilius est fieri irregularem.

35.

§. 8. Superiores Ordinum possunt Novitios ligare censuris, quia ex voluntate Papæ talem

36.

Tom. VIII.

YY

habent

or.
lii
dix
viii

habent jurisdictionem in illos, qualem Episcopi, *Suar. Pelliz. tr. 2. c. 6. n. 5.*

37. §. 9. Si Regi, Ordini, aut loco religioso concedatur, quod non possit censurari, intelligitur, quod nec ab Episcopo possit: si concedatur aliter, solum intelligitur, quod non possit à Judicibus Episcopo minoribus, *Cap. Ne aliqui, De privileg. in 6. Krim. à n. 1685.*

38. §. 10. Potest etiam tota communitas censurari, v. g. subjici interdicto, quia non requiritur contumacia personarum in singulari, sed sufficit in capite, seu totius moraliter corporis, *Cap. Quae saepe, De elect. in 6.* Attamen non debent, & prohibiter etiam non possunt per inferiorem censurari omnes in communi, sed tantummodo quos culpabiles esse constituerit, uti ex *Cap. Romanus, De sent. excomm. in 6.* colligunt *Leand. & Krim. à n. 1691.* contra multos alios, qui putant censuram esse illicitam, quamvis sciretur omnibus & singulos peccasse, attamen dicunt fore validam.

39. §. 11. Si quis, dum sanæ mentis erat, & querit, potest censurari existens in ebrietate, amentia, quia usus rationis & libera voluntas tantum requiritur ad ponendam causam censuræ, non autem ad incurrendam censuram, *Cap. Strop. d. 1. p. 6. n. 1.* Hinc si perduraret amentia, procedi posset ad pœnam pecuniariam, non tamen mortis vel mutilationis, *Mol. Delib. c. dub. 1. n. 12.* Si tamen amentia perpetuaretur, putat *Laym.* non incursum pœnam censuræ ab homine latæ, quod *Leand. & Krim.* tendunt etiam ad pœnam censuræ à Jure latæ, quia non posset esse medicinalis.

40. Q. 5. An impuberes incurrant censuras. *Re.*

Infantes qui necdum septennium compleverunt, non incurrunt ullas censuras, uti videtur certum ex Jure apud *Delb.* c. 13. dub. 3. & *Dicast.* d. 1. n. 232. quia non supponitur sufficiens in illis esse ratio.

§. 2. Impuberes incurrunt excommunicationem latam in eos, qui ingrediuntur monasteria Monialium, *Trid.* enim sess. 25. c. 5. De Regul., expressè addit, *cujuscunque ætatis sint, Suar. Fasq. Dicast.* n. 227. Etiam probabilius est impuberes incurrere excommunicationem latam in percussores Clerici, uti ex Jure probant *Castrop.* De legibus d. 1. p. 24. §. 2. n. 9. *Delb.* c. 13. dub. 3. *Dicast.* n. 228. & 231., quamvis contradicat *Tambur.* De Communione c. 4. §. 2. Attamen impuberes non incurrunt alias censuras ab homine ferendas, uti tenent multi apud *Dicast.* nu. 229. & cum *Delb.* supra, quia pro ferenda censura debent moneri & citari, ætas autem illa non est sufficiens ad intelligendum ordinem judicium, ideòque de Jure citari non possunt, neque admittuntur ad agendum vel defendendum se in judicio, neque in tali materia tenentur per Procuratorem comparere, cum sit res concernens interna & conscientiam ipsorum.

§. 3. Quamvis probabile sit impuberes non incurrere censuras alias à Jure vel homine latas, uti cum multis habent *Tambur.* supra, *Castrop.* n. 8. *Delb.* supra, *Krim.* n. 1652. Oppositum tamen etiam est valde probabile cum *Suar. Dicast.* n. 232. quia ætas illa est de se capax censuræ, uti fatetur *Krim.*, & nullo Jure probatur esse exempta, uti patet ex textibus, quos adducit *Tambur.* ex quibus tantum colligi potest, quòd non teneantur recurrere ad Papam, uti nec senes vel mulieres,

Yy 2

quæ

41.

42.

quæ tamen censuras incurrunt : imò videntur certum in praxi, & fatetur esse verum Delb. quando in totum populum fertur censura interdicti, etiam obligentur impuberes, cum & illi abstineant à divinis, ergo communis sententia est, quòd incurrant censuram interdicti, ergo alias incurrunt, quamvis non tam facile, cum eorum actio sæpius excusetur à peccato.

43.

Q. 6. An ille incurrat censuram, qui est extra territorium vel diocesin Superioris sui statuentis censuram, g. si Episcopus Leodientis sub excommunicatione prohibeat furtum, an eam incurrat Subditus Leodientis, si furtum committat Colonia. 20. 1. Notandum est, quod insinuavi n. 3. 1. esse discrimen inter statutum & sententiam, quòd statutum liget tantum ratione territorii in quo quis est: sententia autem, vel etiam specialia præcepta afficiant personam subditam ubique existentem, Suar. Delb. c. 12. dub. 1. Krim. n. 1670. hinc si prohibitio sit statutum territoriale, non ligat absentem, Cap. 2. De consuetudinibus in 6. statuto Episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, sententia excommunicationis promulgatur, & dicitur ejus, qui furtum extra diocesin illius commiserint, minime ligari noscantur, cum extra territorium presentanti non pareatur impune: Unde contrarium videtur dicendum, si Episcopus per sententiam speciale præceptum alicui sub tali censura prohibuisset furtum, incurreret enim illam censuram absens, quamvis contra eum extra diocesin non posset cum strepitu forensi institui ab iudice, Krim. n. 1675. & alii apud Delb. f. 4. à n. 2. tamen n. 1. & 8. oppositum tenet, quamvis ista dub. 3. f. 1. à n. 4. item dub. 4. f. 1. videtur recidere in nostram sententiam.

44.

§. 2. Ibi censetur delictum committi in ordine ad incurrendam censuram, ubi exterius consummatur, quamvis inchoetur alibi: hinc si Cajus in hac diœcesi lethaliter vulneraverit Titium & Titius primò moriatur in alia diœcesi, Cajus non incurrit censuram in hac diœcesi speciali statuto diœcesano latam contra homicidam, *Suar. Laym. Dian. Krim. n. 1673. & 1789. Delb. dub. 1. f. 3.* Quod verum est, quamvis homicidium in ista altera diœcesi etiam prohibitum esset sub eadem censura, nam hoc alterius diœcesis præcepto non ligatur Titius. Putant tamen *Bartol. Bald. Abb. Suar. & alii* cum *Delb. dub. 4. f. 2.* Judicem loci, in quo inchoatum est delictum, posse punire illud alibi consummatum, ita enim videtur colligi ex *L. 1. Cod. ubi de crimine*, ne delicta maneant impunita: sed alii contradicunt, eò quòd tali poenâ, præsertim censuræ, non puniatur inchoatio, sed consummatio.

§. 3. Si Episcopus statuto generali tub censura prohibuerit lusum alexæ, qui ludit in loco exempto intra diœcesin illam, non incurrit excommunicationem, quia non ludit in illa formaliter diœcesi, cum locus exemptus non subiaceat jurisdictioni Episcopi, *Cap. 1. De privil. in 6. Henr. Avil. Cón. Hurr. Delb. f. 4. Krim. n. 1680.*

§. 4. Qui fugit commisso delicto, secundum *Abb. Covarr. Laym. Krim. n. 1677. & alios*, potest citari per nuntium vel litteras à suo Episcopo, & si contumax sit, censurari, ex *Cap. Extus, De Cleric. non resid.* eò quòd Episcopus sic videatur dicere Jus intra suum territorium, licet nuntius illud extra territorium exequatur per executionem non judicialem, sed sine strepitu. Contradicunt alii multi cum *Delb. dub. 5.* qui dicunt

Y y 3

nul-

nullam citationem fieri posse in alieno territorio, eò quòd omnis juridica citatio fit actus iudicialis fori contentiosi. Quòd si in delicto manifesto nullà citatione opus esset, dixi n. 23. Episcopum posse ferre censuram in subditum suum in alia diocesi existentem.

DUBIUM IV.

47.

Ob quam causam possit ferri censura.

Resp. Ob solum peccatum externum, censuræ proportionatum & conjunctum cum contumacia: Et quidem in interdicto loci potest esse alienum, v. g. Prælati vel communitatis; (non tamen hominis privati) aliàs requiritur proprium. *Bon. d. 1. q. 1. p. 3. Unde resolves,*

I. Non possunt censurari infantes vel amens, qui non peccant. *Bonac. p. 4. Laym. l. 1. t. 5. p. 4. c. 4. n. 3. ex S. Thom. Suar. &c.*

II. Etsi ob peccatum veniale interdum ferri possit levis suspensio vel leve interdium, & communicatio tamen major, suspensio gratiæ & interdium personale speciale (quidquid sit de generali) non potest ferri, nisi ob culpam mortalem, quia alioqui pœna non esset proportionata culpæ: Imò cum sint pœnæ medicinales, non debent infligi pro quovis mortali, sed quibusdam tantum, ne censuræ contumantur, ut monet *Trid.*

III. Actus peccati, ob quem censura fertur, debet esse mortalis, non tantum quoad actum internum, sed etiam quoad substantiam operis externi: Hinc non excommunicatur leviter percussus Clericum, etsi intentionem mortalem habuisset; uti nec, qui interiùs tantum lapsus in hæresin, quam exteriùs non significavit, quod Bon. loc. IV. perfectum non tenent stringentia non juvenantur quatur dans, co indigno cuto, qu fragur genere dendur sulente commu dicunt non se Quæ se V. C. culat e vitas, in verten cibilis, percut. Clericu do, n comm non es Dix & crast modu qui pr verba,

vit, quia Ecclesia tantum iudicat de externis, Bon. loc. cit.

IV. Actus peccati in suo genere debet esse perfectus & consummatus, nisi expresse aliud sonent verba legis, quia poenae & odia sunt restringenda: Hinc excommunicationem homicidæ non incurrit favens, mandans, consulens, iuvans, nec vulnerans lethaliter, nisi mors sequatur. Item quando excommunicatur mandans, consulens, &c. vel ferens suffragium pro indigno, subintellige, efficaciter seu effectu secuto, quia sine eo mandatum, consilium & suffragium non est completum & perfectum in genere homicidii, furti, &c. Alii tamen attendendum esse putant, utrum in mandantes, consulentes &c. principaliter & per se feratur excommunicatio, an verò accessoriè tantum; & dicunt priore casu esse excommunicatos, etsi non sequatur effectus, non item in posteriore: Quæ sententia in praxi est tutior, Bon. l. c.

V. Quidquid excusat à peccato mortali, excusat etiam à gravi censura, v. g. materiæ parvitas, impotentia legem implendi, defectus advertentiæ & deliberationis, ignorantia invincibilis; sive ea sit facti, ut v. g. si nescias, quem percutis, esse Clericum; sive Juris, ut si scias esse Clericum, teque mortaliter peccare percutiendo, nescias tamen percussionem illam sub excommunicatione prohibitam esse. Ratio, quia non es contumax.

Dixi, *Invincibilis*: quia ignorantia culpabilis & crassa non excusat, nisi addatur in lege certus modus, v. g. qui hoc fecerit scienter, consultò, qui præsumpserit ausu temerario violare, (quæ verba, utpote in re odiosa, accipienda sunt stri-

or.
lii
dix
III

«ctè) talis autem non potest dici temerariè præ-
 «sumere, nisi ignorantia esset affectata forma-
 «lem dolum includens, *Escob. r. 4. c. 6. n. 37. Saub.*
 «*De Matr. l. 9. d. 32. n. 31.*
 « VI. Non incurritur censura ob peccatum so-
 «li naturali vel divino Juri repugnans, sed re-
 «quiritur præceptum Ecclesiæ, quod contum-
 «aciter violetur. Item, nec ob peccatum mere-
 «præteritum potest censura infligi ab homine,
 «nisi aliquo modo pendeat in futurum, ratione
 «scandali vel restitutionis non factæ vel perseve-
 «rantia in peccato post monitionem, quia ad
 «contumacia. Nec refert, quòd quis ob pecca-
 «tum præteritum, vel etiam sine peccato (modo
 «iusta causa subsit) possit ad tempus arceri ab
 «aliorum consortio, altari, Communione &c. et
 «subinde fit in Religionibus, & in Jure etiam vo-
 «catur excommunicatio vel suspensio, sed late-
 «quia non est censura propriè dicta, cujus vo-
 «latio inducat irregularitatem, sed simplex tan-
 «tùm pœna, *Fill. tr. u. n. 186.*
 « VII. Non incurritur censuram, qui legem trans-
 «greditur ex gravi metu, licet quandoque non
 «excusetur à gravi culpa, quia non censetur con-
 «tumax, *Laym. c. 5. n. 9. Bonac. q. 2. p. 3. n. 2. c.*
 «*Suar. Kon. &c.*
 « VIII. Censura invalida est ex triplici capite
 « Primo, ob defectum ferentis, si scilicet careat
 «jurisdictione, vel etiam habeat impeditam præ-
 «censuram, vel suspensam per legitimam appella-
 «tionem, de qua v. *Laym.*
 « Secundo, si substantialis ordo judicii prætere-
 «tur, ut si reus non citetur nec moneatur sine
 «comminatione censuræ. Ratio, quia non censetur
 «contumax, qui ante non fuit monitus de præ-
 «cepto &
 «de censu-
 «ticulari
 «tentiam
 «tu tam
 «ne, cum
 «idem
 «declara-
 «tione d
 «crimen
 «denter
 «Porro
 «dicta m
 «Canone
 «una trib
 «tribus v
 «causa ce
 «emplum
 «alioqui
 «cuis. *Fill*
 «Tertio
 «deficere
 «nec secu
 «stat. 2. 5
 «non tar
 «eo non
 «tur. 3.
 «juridicè
 «præsum
 «sentent
 «bilibus c
 «foro tar
 «dalum.

cepto & poenâ annexâ : Quod tamen intellige
de censura ab homine lata per sententiam par-
ticularem ; quia quæ fertur à Jure vel per sen-
tentiam generalem, vel etiam specialem, respe-
ctu tamen actûs futuri, non eget aliâ monitio-
ne, cum lex aut sententia seipsam satis moneat.
Idem est de sententia non illativâ censuræ, sed
declaratoriâ tantum, quia absque alia moni-
tione declarari potest censura incurfa, quando
crimen, cui est annexa, commissum esse evi-
denter constat.

Porrò ut censura sit licita, requiritur, 1. ut
dicta monitio sit Canonica, id est, trina, juxta
Canones; etsi aliquando ex justâ causa sufficiat
una tribus æquivalens, v.g. moneo te semel pro
tribus vicibus. 2. Ut ex scripto recitetur. 3. Ut
causa censuræ exprimat. 4. Ut reo petenti ex-
emplum scripturæ, intra mensem tradatur;
alioquin Judex ipse suspenditur à divinis offi-
ciis. *Fill. r. n. c. 4.*

Tertio, ob defectum justæ causæ. Hæc autem
deficere potest tripliciter, 1. si nec à parte rei,
nec secundum allegationes fori externi subsi-
stat. 2. Si à parte rei crimen subsistat quidem,
non tamen in ordine ad judicium, quia reus de
eo non confitetur, nec legitimè de eo convinci-
tur. 3. Si à parte rei non subsistat crimen, etsi
juridicè probetur, ideòque titulum seu causam
præsumptam habeat Judex: In quo casu etsi
sententia à parte rei sit injusta, ideoque proba-
bilis censura non liget in foro conscientiæ, in
foro tamen externo servari debet, propter scan-
dalum. *V. Laym. c. 6.*

Dr.
Lij
Dix
VIII

ADDENDA.

48. **Q**uest 7. *Quid addendum sit circa actum, qui incurritur censura.* R. §. 1. Quamvis actus in solo teſte fit factus, per illum tamen incurritur censura, si verè fit externus, licèt per accidens fit occultus, cum communi *Dicaſt. d. 2. n. 75.* Si quis tamen, v. g. hæreſin internam manifeſtat, vel in Confessione, vel etiam extra eam ad potendum conſilium, per illam ſic manifeſtatam non incurritur censura, uti pluribus dictum eſt l. 6. p. 2. à n. 1649. ubi explicavi, quando non peccatum internum cenſeatur prodire in actum externum. Et conformiter ad dicta ibidem n. 1653. dicendum eſt hìc cum *Krim. n. 175.* Si quis internè conſentiens in hæreſin, externè eſtat, *ita eſt*, vel percutiat menſam, per hoc non cenſeri hæreſin eſſe externè manifeſtatam, quòtò *ita eſt*, aut percuffio menſæ, eſt aliquid plane indifferens ad manifeſtationem hæreſis.
49. §. 2. Si censura ſit lata contra non obſervantes aliquod præceptum, qui externè tantum ſicte illud obſervat non autem internè, ſi autem internus requiratur ad ſubſtantiam rei præceptæ, incurrit cenſuram, quia non ponit rem præceptam, è contrà ſi actus internus non ſpectat ad ſubſtantiam rei præceptæ, non incurrit, quia ponit rem præceptam; hinc qui externè tantum audit Miſſam ſine ulla intentione audiendi, non incurrit cenſuram latam contra negligentes Miſſam, quia intentio audiendi ſpectat ad ſubſtantiam Miſſæ præceptæ ſecundum dicta l. 1. n. 1649. è contrà qui externè tantum jejunit ſine intentione jejunandi, non incurrit cenſuram latam

contra non jejunantes, quia intentio jejunandi non spectat ad substantiam jejunii præcepti, secundum dicta l. 1. à n. 695.

§. 3. Quando levibus præceptis adduntur 50. censuræ, non sunt propriè censuræ, sed comminationes ad terrorem, unde etiam quando Superior sub excommunicatione præcipit rem & absolutè & etiam ex circumstantiis levem, transgressio non ideo fit mortalis. In dubio autem, an præceptum sit leve an grave, standum est iudicio Superioris: sed si utrumque sit probabile, nempe & quòd sit grave & quòd sit leve, censeri potest leve quia possessio est pro libertate, ut cum aliis *Dicast.* n. 202. 208. 211. Potest tamen restitutio levium per venialia tantùm ablatorum, si nunc simul faciant materiam gravem, præcipi sub excommunicatione, quia retentio eorum est mortalis.

§. 4. Si delictum, v. g. furtum prohibitum 51. sit sub censura, hæc non incurritur, si furtum sit leve, quamvis ex eo sequatur grave damnum, quia furtum prohibetur in se, ergo ut subjaceat censuræ, debet in sua ratione furti habere malitiam gravem, *Bon. Fill. Nav. Vasq. Reb.* aliique cum *Fenech.* in floribus casuum in additamento n. 61. rectè autem notat *Lugo De just. d. 8. n. 22.* si furatus sit rem gravem, quamvis mutata voluntate statim restituat, ita ut grave damnum domino non sit natum, incurri censuram, non quia grave sit domino carere re suâ per ejusmodi brevissimum tempus, sed quia grave est carere cum tanto periculo retentionis, hinc ablatio illa erat injuria gravis, non tantùm affectivè, qualis est, si fureris nummum putans esse aureum, sed etiam effectivè in primo fieri, quia grave damnum

Dr.
Lii
Dix
VII

num patitur, qui privatur pro tunc re sua
potentiâ recuperandi, subitque periculum ma-
gnum non recuperandi.

52. §. 5. Si quis v. g. furetur solidum ex in-
tentione per similia furta colligendi ducatum, in
gulis furtis de se levibus peccat mortaliter, sed
non ideo incurrit censuram vel reservationem
impositam gravi furto, quia non est furtum
tenuum grave in se, sed tantum ex intentione
ternâ, *Vsq. Lugo De pœn. d. 16. n. 36.*

53. §. 6. Si mors quomodocumque etiam per
accidens non sequatur, qui lethaliter vulnera-
vit, non incurrit censuram impositam homici-
dii, quia quamvis posuerit actionem occidendi
re ipsa non occidit: si tamen vulneravit etiam
non lethaliter, & læsus propter vulnus illud
cedente aliâ causâ accidentali moriatur, in-
currit irregularitatem, quia hæc imposita est
causam vel occasionem homicidio, et
cum aliis *Dicast. De censur. d. 2. n. 127.*

54. §. 7. Si lethaliter vulneratus prius post
vulnere mortuum moriatur, & qui vulneravit inter-
fecit, confiteatur & absolvatur, *Lugo De pœn. d. 16. n. 453. Avers. De pœn. q. 10. f. 2. Dicast. De pœn. d. 7. f. 11. n. 130.* dicunt adhuc incurrit
censuram propter peccatum præteritum pro
conditione effectus secuti, & quidem certum
est, quod datur, secundum dicta l. 1. n. 618. & postea
dicenda quod incurritur irregularitas alia
pœnæ extra censuras, ad illas enim incurritur
non requiritur contumacia, cum sint pœnæ
re vindicativæ criminis præteriti, uti reser-
cast. De juram. d. 2. n. 274. Bosco supra, præteritum
que ex *Jure Tann. De pecc. d. 4. q. 3. n. 52. C. de
tr. 2. d. 1. pu. 3. n. 2. Wiggers apud Bosco n.*

Mart. Oviedo, Krim. n. 1702. & 2492. Delb. c. 2. d. 8. f. 10. probabile esse non incurri censuras, nisi pro foro externo tantum, quia in foro interno feruntur tantum in inobedientes & contumaces, qualis non est, qui crimen retractavit, sed respondent alii inobedientiam & contumaciam sufficientem esse illam, quæ continetur in ipso opere lethalis vulnerationis, quam Jus prohibet sub excommunicatione latae sententiæ, si mors sequatur: & hæc sententia videtur probabilior, quam etiam defendit *Bosco* supra.

§. 8. Qui se inebriat intendens vel prævidens homicidium à se in ebrietate causandum, si causetur, secundum *Gl. Palud. Silv.* & alios incurrit censuram homicidio annexam, quia est plenè voluntarium in causa, & secutum in ebrietate est tantum velut conditio, quæ non requirit libertatem, ut nec mors post vulnerationem sine libertate, imò & post retractationem secuta, secundum dicta n. 54.

§. 9. Quandoque censura imponitur propter contemptum, sive faciendi aliquid per contemptum, pro quo notat *Sperell. decis. 113.* contemptum multipliciter fieri posse, 1. virtualiter, & dicitur materialis, qui includitur in omni transgressione legis. 2. Interpretativè, si adfit consuetudo & intentio continuandi transgressiones. 3. Secundum quid, si quis in universum velit subijci legi & Superiori, attamen non hinc & nunc in re levi. 4. Indirectè, si non sit contemptus legis vel Prælati, sed tantum executionis rei, quæ præcipitur. 5. Formaliter & directè, si quis legem transgrediatur, quia voluntas ejus renuit subijci ordinationi ipsiusmet legis vel Superioris, ita ut ideo, quia renuit subijci, procedat ad trans-

55.

56.

transgressionem, uti notat *S. Th.* 2. 2. q. 186. ad 9. ad 3. & pluribus explicavi l. 5. à n. 237. Notat etiam *Pignat.* tom. 5. conf. 8. n. 2. contemptum dici negativum, si quis de re aliqua nullam curam habeat, ei tamen nullam iniuriam: è contrà tum esse positivum, si ad aliquem actum injuriæ vel irreverentiæ verbum aut facto ipso: & de hac etiam dixi l. 5. n. 237. Ad incurrendam autem censuram tali modo impositam, requiritur contemptus positivus formalis legis, uti habet communis cum *Roell.* supra.

57. Q. 8. Quid dicendum sit de mandante, consulete cooperante. *Re.* §. 1. Censura, quæ fertur contra facientes vel committentes aliquod delictum, non cadit super mandantes vel consulentes, nisi exprimitur in lege, vel lex alioqui redderetur inutilis, cum enim hæc leges odiosæ sint, extendendæ non sunt, *Sanch. Cõn. Avil. Hurt. Pelliz. Cestrop.* d. 1. p. 7. n. 21. *Pignat.* tom. 9. conf. 11. n. 2. *Krimer* n. 1693. contra *Silv. Rosell. Leandr.* Non obstat, quòd is qui mandat, moraliter faciat delictum, nam quamvis moraliter faciat in ordine ad peccatum, non tamen in ordine ad poenam censuræ, quia in pœnalibus benignior interpretatio est sequenda, secundum dicta l. 1. n. 596. & 826.

Obji. Facientem & mandantem par poena comprehendit, *Cap. Nuper, De sent. excomm. Re.* Hoc esse quando lex ita statuit: de cætero, sensus legis in hoc esse pares, quòd uterque mereatur poenam, quamvis non semper eandem.

58. §. 2. Si verba sic habeant, *incurreret talem censuram, qui per se vel per alium hoc fecerit, comprehenduntur mandantes & dantes pecuniam* gratiam

fine, ut fiat, consulens tamen non comprehenditur, quamvis tum comprehendatur, si dicatur, quomodocumque quis fuerit causa, si quis fuerit causa &c. in dubio autem, an quis comprehendatur necne, judicandum est non comprehenditur, quia materia est odiosa, ita cum aliis *Dicast. d. 1. num. 229.*

§. 3. Censura tum fertur tantum accessorie 59. in mandantem vel consulentem, si in lege exprimitur etiam mandans vel consulens, attamen ita, ut lex non respiciat præcisè mandatum vel consilium, sed potius ipsam rem seu effectum, v. g. homicidium, quod quia vult impediri, ideo etiam indirectè prohibet mandari vel consuli. E contra tum principaliter fertur etiam in ipsum mandantem vel consulentem, si velit impediri non tantum ipsum effectum, sed etiam directè in se, & ratione sui ipsomet mandatum & consilium.

§. 4. Si censura feratur principaliter in mandantem vel consulentem, incurritur, quamvis mandatum & consilium revocetur, nec sequatur effectus, quia posita jam est actio in se & ratione sui verita sub censura, *Gibal. Krim. n. 1684.*

§. 5. Si censura accessorie tantum feratur in mandantem, & hinc revocatur mandatum, eaque revocatio innotuerit mandatario ante effectum paratum, quamvis postea patretur effectus, mandans non incurrit censuram, quia non est causa moralis effectus secuti, *Diana, Gibal. Krim. n. 1698.* Si autem de mandato doluerit & revocaret, sed revocatio non innotuerit, docent multi cum *Dicast. d. 1. à n. 290. & d. 2. n. 344.* quòd censuram incurrat, etiam si tunc fortè esset in statu gratiæ, quia sufficit commissam esse culpam, cx

Dr.
lii
ix
III

ex vi cuius sequitur talis effectus. Attamen in III. Hurt. & Krim n. 1699. dicunt non incurri, quia non est in actuali contumacia, dum censuram incurere deberet, censura autem non incurritur sine actuali contumacia: sed secundum dicta n. 54. videtur satis esse, quod fuerit contumacia in ipso opere mandati ab ipso facti.

62. §. 6. Si censura accessorie tantum feratur in consulentem, & hic revocavit consilium, loquendo conformiter ad dicta l. 3. p. 2. n. 23. est probabilius, quod tum adhuc incurrat censuram effectu secuto, quando suo consilio talem rationem addidit moventem ad agendum, quod consilio etiam revocato pergebat movere consequentem, hoc enim casu consilium ejus, quantumvis sit revocatum manet moraliter in motivo. Io suggesto, & pergit esse causa moralis effectus secuti: aliud est in mandato, nam ratio agendi hic est purum mandatum, quod quando revocatur, desinit esse, in consilio manet ratio suggesta, quæ est ratio agendi, si tamen ostendatur quod ratio suggesta sit falsa, tum idem est quod dictum est de mandato, & non incurritur censura. Quod si dehortatus fuisset, quantumvis potest, probabile est non incursum censuram, probabilius tamen adhuc est oppositum, quod ratio ab ipso suggesta pergit movere, ergo consilium manet causa moralis effectus secuti ita Dicast. d. 1. à n. 293.

63. §. 7. Si Confessarius mandaverit Reo, testimonium suum, quod non tenebatur, manifestare Judici, & ideo puniatur morte, docet Krim. 1706. Confessarium incurere censuram, quod contra accessorie mandantes homicidium, quod hæc mors per se sequitur ex illo mandato, quod

Confessario erat mortaliter illicitum : Opposita credo esse probabilius, nam licet fuerit causa injusta mortis, tamen non mandavit eam inferri, ergo in rigore non fuit mandans homicidium, hic autem in odiosis non est facienda extensio.

§. 8. Si mandasti vel consuluisti hoc, quod licet tu non mandasses vel consuluisses, alius tamen mandasset vel consulisset, cadis in censuram latam contra mandantes vel consulentes, quia tu prior fuisti causa effectus illius, ergo tu prior incurris censuram, quam alius incurrisset, *Dicast. n. 298.*

§. 9. Si mandasti vel consuluisti hoc, quod nihilominus sine tuo vel alterius mandato aut consilio erat ponendum ab executore ad hoc determinato, probabile est te non incurrisse censuram, quia effectus jam independenter à te habebat suam causam, *Gibal. Krim. n. 1704.* Si autem promovisti, ut saltem celerius vel promptius fieret, conformiter ad dicta l. 3. p. 2. n. 49. etiam probabile est cum *P. Nav. Mol. Vasq.* te incurrisse, quia verè attigisti positionem effectus, & sic concurrente ad circumstantiam attigisti etiam substantiam: sed etiam probabile est te non incurrisse, quia non videris attigisse substantiam, sed tantum modum, ut celerius & promptius fieret, quod nihilominus ex præsentè dispositione executoris erat ponendum, ita cum aliis *Dicast. n. 300. & Delb. c. 2. dub. 8. f. 13.*

§. 10. Si dubium sit, an effectus, qui est secutus, fuisset secuturus sine meo mandato vel consilio, v. g. an Titius fuisset occisurus, si ego non suassem, multi dicunt, me posse præsumere, quod non incurrerim censuram, quia libertas

Tom. VIII.

Z z

mea

mea est in possessione, sed oppositum est probabilius, quia delicta non præsumuntur, ergo præsumere non debeo, quod Titius ex sua malitia fuisset positurus effectum, ergo ex facto præsumi debet, quod occisio sit secuta ex meo mandato vel consilio, *Sperell. decis. 77. n. 40. Sanch. De Matr. l. 2. d. 41. n. 17. Dicast. n. 302.* Si tamē Titius fuisset capitalis hostis occisi, vel antecederet mortem minatus vel machinatus, rectē præsumeretur occisionem fuisse secuturam sine me, ideoque posse me judicari immunem à censura.

67. Q. 9. Quid notandum sit circa modum, quo feratur censura. R. §. 1. Censuræ ferri possunt sine conditione, v. g. *si non solveris intra mensem, si peccatum commiseris*, Cap. Præterea 40. De appell. Et quando Cap. Romana 5. De sent. excomm. in 6. prohibetur, ne fiat, intelligitur tum non ferri, quando non est justa causa, quæ plerumque erit, ideoque addi debet causa, cur sic feratur, deinde prohibitionem illam esse consuetudinariam contrariā abrogatam putant *Fill. Pelliz. De Reg. tr. 7. c. 1. n. 74. Krim. n. 1752.* An autem talis censura incuratur, si Judex ante impletam conditionem moriatur, aut ille, cui præcipiebatur ante impletam conditionem excedat è territorio Judicis, dicam n. 103. & 104.

68. §. 2. *Silv. Nav. Sayr. Henriq. Ugol. Vasy. Grotius, Krimer n. 1746.* dicunt censuram sub conditione latam non valere, v. g. si dicatur *præcipitur hoc sub pena excommunicationis vel suspensionis*, hæc verba nihil determinatè significant, etiam nihil determinatè efficiunt: è contrariò *Bonac. Fill. alii que cum Pelliz. n. 72.* dicunt quidem soli Papæ licitam, semper tamen verum esse, è quocumque sic feratur, quia est determinata

confusè, & determinabitur magis per electionem censurati, uti Confessarii sæpe imponunt hoc vel illud pro pœnitentia, prout pœnitens voluerit eligere, ita & hic ligabitur illâ censurâ, quam præeligit; Quòd si neutram eligat, ligabitur utrâque, hæc enim debet esse mens ferentis, ut eludere non possit pœnam, adeoque ut unam eligat, vel teneatur utrâque.

§. 3. Censura indeterminatè lata in unum è duobus, invalida est, quia nihil operatur, cum non habeat determinatum subjectum, in quo cadat, *Suar. & alii cum Krim. n. 1748.*

§. 4. Censura, quæ fertur ab homine per modum sententiæ, debet, per se loquendo, nisi ferens sit privilegiatus, in scripto ferri, & à Judice ipso proferri, expressâ illius causâ: Esset tamen valida sine scripto, *Fill. Bonac. Leand. Dicast. d. 2. à n. 231. Krim. à n. 1731. Cap. Cum medicinalis 1. De sent. excomm. in 6. sic habet: Quisquis excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur, exemplam verò hujusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus. . . . Si quis autem Judicium hujusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu ecclesiæ & divinis officiis noverit se suspensum. . . . Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententiis volumus observari: talis tamen censura generaliter lata non tangit Episcopos secundum dicta n. 34. Estque præterea notandum, quòd Prælati Mendicantium, aut, uti habet *Pelliz. n. 75. Regularium*, habeant privilegium ferendi excommunicationem solo verbo, non scripto. Notat etiam *Sperellus decif. 39. à n. 50. Canone illo obligari solos Superiores**

70.

71.

Dr.
Lij
ix
III

Episcopo inferiores, nec obligari denunciante, præmonentes ut caveatur censura, sed solos censurantes. Satis autem est scribi per alium, & subscribi à Judice, ac per alium coram & nomine Judicis legi, uti habent AA. cum *Sperell.* à n. 1. qui à n. 22. & 41. infert Judicem ferentem sine scripto sæpe excusari, 1. si alicubi sit contrarius stylus. 2. Si adsit ignorantia, & absit dolus. 3. Si sententia non sit pura, sed v. g. conditionalis, nisi solverit intra tres dies. 4. Si sententia effectum non habuerit. 5. Si scriptio fieri non possit, & sit periculum in mora, &c. Videri possunt plura apud *Pignat.* tom. 6. conf. 19. à n. 29.

71.

§. 5. Si causa de cætero subsit, & censura à Superiore invito feratur ex metu cadente in vicium constantem, probabilius est cum *Castrup.* d. 1. p. 5. n. 2. & *Krim.* n. 1646. valere, quia qui per metum geruntur, Jure naturæ valent, cum metus relinquat voluntarium, nec rescitur, quod Jus positivum rescindat sententiam censuræ, uti quod absolutionem à censura metu extortam rescindat scimus ex Cap. un. *De his que vi,* quia nempe hoc postremum erat magis in favorem potestatis ecclesiasticæ, *Krim.* n. 1647.

72.

Q. 10. Quid notandum sit circa prærequisita, nequam feratur vel incurratur censura. R. §. 1. Lentè procedendum est in censuris secundum *Trid.* relatum n. 18. & prius tentanda alia media, *Barr. Felin. Pignat.* tom. 6. conf. 19. n. 22. ac ordinari præmittendæ monitiones tres cum intervallo aliquot dierum, uti colligitur ex illis, que edicit *Sperell.* decis. 160. à n. 1. tamen idem res ostendit à n. 16. & pluribus decis. 48. à num. 1. quando agitur de reprimenda violentia & turbatione actuali jurisdictionis exercendæ, non est

esse opus istis monitionibus, dummodo detur breve tempus, intra quod contumax citatus parere possit, & à violentia desistere. Et eadem firmat *Pignat. tom. 1. conf. 170. n. 9.*

§. 2. Ut incurratur censura ipso facto à Jure 73.
lata, aut etiam ab homine per sententiam generalem & publicam circa delicta futura, non prærequiritur ulla monitio, quia Jus & statutum censuram imponens, cum sit publicum & permanens, semper manere intelligitur, uti rectè *Busenb. Delb. c. 2. d. 4. f. 22. Engel 1. 5. tit. 39. n. 8.* Quòd si censura feratur ab homine ob culpam commissam, ut censeatur contumax, prærequiritur monitio ad instantiam partis læsæ, & auctoritate ejus, qui censuram feret, facta personaliter ipsimet censurando coram testibus, aut si dolosè lateat, in ejus domo vel ecclesia, aliòve loco publico, eaque trina & in scripto, additis causis, & concessis debitis intervallis, v. g. duorum saltem dierum, ita *De Luca De Benef. disc. 60. n. 7. Pignat. tom. 6. conf. 19. n. 4.* urgente tamen causâ licitè feretur, si præcesserit una monitio sine solito intervallo, & quamvis causa non siturgens, dummodo præcedat una monitio & morale intervallum pro explenda actione præcepta, aut pro vitanda prohibita, censura adhuc erit valida. Quòd si omittatur omnis monitio, probabile est contra *Pignat. à n. 6. & Pelliz. tr. 7. c. 1. n. 78.* non fore validam, quia non erit medicinalis, debet autem illi monitioni annecti censura, non ferendæ sed lætæ sententiæ, *Dicast. d. 2. dub. 20. & Castrop. d. 1. pu. 5.* ubi n. 5. notat, quòd suspensio & interdictum quando feruntur, non ut censuræ, sed ut pœnæ & vindictæ, tum monitionem præviam non requi-

quirant, & idem habet *Pelsiz.* suprà n. 80. ubi n. 78. dixit, quòd quando non tantùm peccatum, sed & contumacia est notoria, etiam non prærequiratur monitio, addit autem n. 79. Prælatos regulares communiter non egere tali præmonitione. Videri possunt *Delb.* suprà & *Krim.* à n. 1712.

74. §. 3. Quamvis lex tulerit censuram ipso facto, nec prærequisita fuerit ulla monitio, prærequiritur tamen citatio censurati, ut paulo post dicitur. Nequit autem ferri excommunicatio et iudiciis etiam indubitatis, sed requiritur certa, plena & concludens probatio, *Fill. Sperell.* *Pignat.* tom. 9. conf. 11. n. 5.

75. Q. II. Quid notandum sit circa denunciationem censuræ. R. §. 1. Denunciatio est executio & publicatio censuræ, facta ab eo, qui censuram tulit. *Cap. Cura.* 11. q. 3. *Cap. Peruenit* 1. & *Cap. Populalis* §. *Verum*, *De appel.* *Cap. Parochianos*, & *Cap. Conquesti*, *De sent. excomm.* Hæc autem denunciatio intelligitur de censura lata in particularem personam à Judice post canonicam monitionem, *Krim.* à n. 1765.

76. §. 2. Ante denunciationem, v. g. excommunicationis incurse reus citari & audiri debet, aliàs denunciatio nulla est, *Clement. Sape*, *De verb. signif.* *Nav. Man. c.* 22. n. 10. & l. 5. *De sent. excomm.* conf. 20. n. 20. *Covarr. in Cap. Alma mater cõcl.* 2. *De cens. De Luca.* *De Benef.* d. 60. n. 7. *Mench. casu* 541. n. 7. & casu 543. n. 27. *Diana p.* 5. t. 9. R. 61. *Suar. Castrop. d.* 1. p. 9. n. 12. *Præ l. 2. tit.* 29. f. 3. §. 3. *Dicast. d.* 2. n. 274. *Sperell. d.* 48. *Pignat. tom.* 9. conf. 49. & tom. 6. conf. 11. n. 48. & 68. Et si reus se correctum & submit-

ostendat, purgat contumaciam, nec procedi potest ad denunciationem censuræ, *Suar. Gibal. Krim.* n. 1770.

§. 3. Pœnæ medicinales, quæ secum ferunt executionem, & ipso facto incurruntur, non prærequirunt sententiam declaratoriam delicti: alie tamen pœnæ ecclesiasticæ, quales sunt privatio officiorum, privatio vocis activæ & passivæ, inhabilitas ad officia, confiscatio bonorum, non obligant ante sententiam declaratoriam, quamvis ferantur sub his clausulis: *ipso facto, ipso jure, nullâ Judicis expectatâ sententiâ, ante omnem declarationem*, nimis enim durum foret obligari ad tales pœnas in se exequendas. Itaque per clausulas illas tantum intelligitur, quod incurratur pœna sine alio ministerio Judicis, & absque nova sententia condemnatoria, & præterea talis clausula hoc operatur, ut postea secutâ declaratione criminis retrahantur pœnæ usque ad punctum commissi criminis, ut putant *Pasq. Dian. Pelliz. tr. 7. c. 1. n. 66.* Addunt *Less. Barb. Srenius, Krimmer* n. 1929. per verba illa, *absque alia declaratione*, intelligi de declaratione pœnæ incursum, attamen requiri adhuc declarationem criminis commissi: ideoque etiam, ut quis censetur suspectus de hæresi & citari possit ad se purgandum, requiritur declaratio infordescens per annum. Si tamen imposta sit aliqua inhabilitas, quæ consurgit ex actione, uti est v. g. irregularitas, tum non requiritur declaratio, quia licet etiam sit pœna, principaliter tamen est inhabilitas, & lex potius declarat inhabilem quam puniat, ut proinde non sit propriè lex punitiva; licet ex ipsa sequatur aliqua pœna.

§. 4. Quamvis excommunicatio regulariter

Zz 4

fer

ferri non possit ab homine ob culpam præteritam, quia, ut incurratur, requiritur actualis contumacia, si tamen à Jure lata fuerit, & ab antecedenter contumace incurfa, potest ejus declaratio fieri etiam post delictum, uti plerique tenent cum *Suar.* & consentit *Sperell.* decis. 160. à n. 44. saltem tum, si ille, qui deliquit, non recedat ab audacia vel contumacia.

79. §. 5. Si certum sit aliquem incidisse in censuram, Judex potest eum declarare, sed non tenetur. Nominatim tamen excommunicatos, & manifestos Clerici percussores tenetur denunciare.

80. §. 6. Si Judex sciât Titium pro foro interno esse absolutum à censura, docent *Hemiq.* l. 7. de Indulg. c. 13. n. 2. & l. 14. De irreg. c. ult. n. *Decius* cons. 139. n. 3. *Felin.* ad Cap. *His*, De accus. n. 7. non esse pro foro externo puniendum. Et quoad impedimentum Matrimonii, si fiat esse dispensatum, & nemo illud denunciavit, similiter locutus sum l. 6. p. 3. n. 872. cum *Suar.* l. 3. d. 15. à n. 13.

81. §. 7. Denunciatio fit publicè in ecclesiis, & postea in scriptis affigitur ad portas ecclesiarum cum expressione causæ. In solenni anathemate adhibentur plures ceremoniæ, de quibus dicitur l. 16. possuntque plura videri apud *Suar.* d. 3. l. 1.

82. §. 8. Circa denunciationem aliam censuræ, sive accusationem illius, qui commisit crimen, cui annexa est censura, videri potest *Delb.* c. 2. §. 17. & 18. qui contra alios docet sæpe esse obligationem denunciandi, quamvis crimen probare non possis, & quamvis lex prohibens fiat detur in præsumptione, quæ hinc & nunc ablatum quod præcipuè valet circa crimen hæresis & h.

milia bono publico fidei vel religionis opposita,
 Q. 12. Quid notandum sit de censura injusta. R. S.
 1. Censura ligat, quamvis sit injusta extrinsecè,
 id est, quando fertur ab eo quidem, qui habet
 jurisdictionem, & cum sufficiente causa & ser-
 vato essentiali ordine Juris, nihilominus fertur
 ex mala intentione, v. g. ex odio, vel modo ma-
 lo, ut si negligatur accidentaliter ordo Juris, qua-
 lis est, si non præmittatur trina monitio cum
 suis intervallis, S. Th. in suppl. q. 21. a. 4. O. Di-
 cast. d. 1. n. 323. Quomodo autem sententia cen-
 suræ saepe fit non tantum injusta sed etiam nulla,
 v. g. ob præcipitantiã Judicis, qui nec citatio-
 nem sufficientem nec debitum tempus defensio-
 nis reliquit, videri potest pluribus apud Pignat.
 tom. 6. conf. 30. Notabiles autem differentias
 inter sententiam censuræ nullam & injustam,
 late prosequitur ibidem conf. 19. à n. 37. & præ-
 cipue sunt, 1. quod allegans excommunicatio-
 nem esse nullam, audiatur, licet non petat abso-
 lutionem: allegans autem esse injustam, non au-
 ditur, nisi petita & præmissa saltem ad caute-
 lam absolutione. 2. Injustitia allegata habet
 tantum effectum devolutivum, non suspensi-
 vum: nullitas habet etiam suspensivum. Si ta-
 men Episcopus declaraverit aliquem esse excom-
 municatum, poterit à tali declaratione appella-
 re & appellationem prosequi, absque eo, quod
 prius petat absolutionem, quia non petitur liti-
 gium super justitia vel injustitia excommunica-
 tionis, sed solum super facto, eò quod neget de-
 dictum à se commissum, ob quod potuerit ferri
 excommunicatio, Pignat. supra n. 47. & tom. 9.
 conf. 160. à n. 13.

§. 2. Si in foro externo tales afferantur pro- 84.
 ba-

Zz 5

or.
 lii
 six
 III

bationes, ut causa putetur esse iusta & sufficiens, quæ tamen revera non subsistit, v. g. probaretur esse conscius alicujus consilii, cuius tamen non est conscius, *S. Th. Gloss. Dur. Corda* & plerique scholastici dicunt esse validam, & habere omnès effectus censuræ, quia Judex servare debet ordinem judicarium, & hoc agendo justè agit, ergo sententia illa, quæ fertur secundùm allegata & probata, est omnino iusta & valida, quamvis fortè subfit error. E contra *Cap. Sor. Bonac. Less. Sanch* & alii probabilius dicunt cum *Dicast. n. 333. Pellizario tr. 7. c. 1. n. 87. Cotrop. d. 1. pu. 8. n. 15. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 1. Krim. n. 1809.* non esse validam pro foro conscientie, quia voluntas tacita ferentis censuram debet esse, ut tum tantùm vim habeat, quantum causa revera iusta est, cum lex sit actus iustitiae, ergo si non sit reipsa iusta, non ligat in conscientia, sed uti causa est tantùm apparens, ita & censura erit tantùm apparens, adeoque secundùm dicenda n. 112. celebrans in tali censura regularis non fiet irregularis. Et saltem rectè docent *Valer. & Pignat. tom. 10. conf. 122. n. 2.* sic communicatum apud Deum non privari fructibus Ecclesie. In hoc tamen omnes conveniunt quòd talis censuratus ratione scandali vel infamie obedientie teneatur in foro externo se gerere, que si verè esset censuratus, hoc enim potest tum disciplina publica, tum defensio publicæ authoritatis in Superiore, quæ duo præferuntur debent privatæ causæ vel particularium factorum incommodis, uti docent *S. Th. supra. 4. dist. 18. q. 2. a. 2. quæstiu. 4.* ac alii cum *Laym. supra.* Et in tantùm est verum *Gratiani dictum, sententia Pastoris seu iusta seu*

Grego. *inimenda est*: quod S. Th. *suprà* in *supplem.*
sed contrà, attribuit S. Gregorio, & approbat his
 verbis: *secundum Greg. præcepta Pastoria sive iusta sive*
iniusta inimenda sunt, non autem essent inimenda, nisi ali-
quod nocerent etiam iniusta: Unde talis iniuste cen-
 suratus indiget absolutione, ubi è *contrà* nulli-
 ter censuratus nullâ absolutione indiget, uti
 constat ex *Cap. Solet 2. De sent. excomm. in 6. &*
Glof. ibidem. Et hæc tenent, quamvis censura-
 tus appellâsser, si censurans cum specie probabi-
 litatis appellationem rejecerit, & pergat. At-
 que etiam ideo *Pignat. tom. 6. conf. 19. num,*
39. docet ex Can. 1. & Can. Si Episcopus. & ex Cap.
Amobis De sent. excomm. quòd excommunicatio
etiam iniusta liget. Ex dictis,

Inferes 1. Si collatio Beneficij facta taliter ex-
communicato declaretur esse nulla, debet cen-
seri, & re ipsa fit nulla, ita enim expediebat ad
bonum commune, Suar. Similiter si alicui sub
excommunicatione ita latae sententiæ præcipia-
tur, ut solvat, quod re ipsa non debet, sed legiti-
mè probatur debere, si non solvat, incidit in ve-
ram excommunicationem, tunc enim antecedi-
dit causa, scilicet inobedientia & contumacia.

Inferes 2. Rectè damnatas esse à Clemente XI.
die 8. Septembris 1713. sequentes propositio-
nes, quæ sunt Jansenistarum censuras in se ab Ec-
clesia latas explodentium: 91. Excommunicationis
iniuste metus, nunquam debet nos impedire ab implendo
dehito nostro; nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quan-
do hominum nequitia videmur ab ea expulsi, quando
Deo JESU Christo, atque ipsi Ecclesie per charitatem
affixi sumus. 92. Pari potius in pace excommunicatio-
nem, & anathema injustum, quàm prodere veritatem,
est imitari sanctum Paulum, tantum abest, ut sit erigere
se

85.

86.

se contra auctoritatem aut scindere unitatem. 93. *JESUS* quandoque sanat vulnera, quæ præceptis prætorum
Pastorum festinato infligit, sine ipsius mandato; *JESUS*
restituit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt. 94. *JESUS*
hil pejorem de Ecclesia opinionem ingerit ejus inuentionem
quam videre illic dominatum exerceri supra fidem
lium, & foveri divisiones propter res, quæ nec
ledunt, nec mores. 96. Deus permittit, ut omnes potestates
sint contrariae prædicatoribus veritatis, ut ejus virtus
attribui non possit, nisi diuinæ gratiæ. 97. Nunc
contingit membra illa, quæ magis sanctè ac magis
unita Ecclesiæ sunt, respici atque tractari tanquam
gna, ut sint in Ecclesia, vel tanquam ab ea separata,
justus vivit ex fide, & non ex opinione hominum.
Status persecutionis & poenarum, quas quis tolerat
quam hereticus, flagitiosus & impius, ultima plerumque
probatio est, & maxime meritoria, utpote quæ facti
minem magis conformem *JESU* Christo. 100. Tempus
deplorabile, quo creditur honorari Deus, persequitur
veritatem, ejusque discipulos: Tempus hoc advenit
Habi & tractari à religionis ministris tanquam
pium & indignum omni commercio cum Deo, tanquam
membrum putridum, capax corrumpendi omnia
cietate sanctorum, est hominibus piis morte corporis
terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suarum
tionum puritate & zelo quodam Religionis, persequitur
flamma ferroque viros probos, si propria passione
caccatus. Frequenter credimus sacrificare Deo impie
sacrificamus diabolo Dei servum.

87. Q. 13. An aliquis possit sæpius incurrere in eadem
censuram. R. §. 1. Ligatus unâ censurâ, potest
sæpius ligari, si plures ponat causas, propter
quas ligatur quis tali censurâ, etiam si causa
sent peccata solo numero distincta, v. g. quibus
bus distinctis vicibus percutit eundem clericum, probat

ter incurrit excommunicationem, & indi-
 tribus absolutionibus, vel unâ generali, quæ
 applicatis pluribus causis & censuris cadat super
 omnes simul, *Suar. Nav.* aliique communiter
Castrop. d. 1. pu. 6. n. 5. Dicast. d. 1. à n. 267.
Pelliz. tr. 7. c. 1. n. 67. ratio est, quia singulis cau-
 is respondet sius moraliter distinctus effectus,
 qui indiget tolli per plures actiones destructi-
 vas illius.

§. 2. Etiam probabile est, quòd possit ali-
 quis pro eodem delicto duplici censurâ ejusdem
 rationis affici, unâ à Jure, alterâ ab homine: item
 unâ ab hoc Superiore vel Judice, alterâ ab alio,
 si enim huic & illi contumaciam ostendat, non
 est ratio, cur ab hoc & illo jurisdictionem ha-
 bente non possit distinctâ censurâ affici, ita *Suar.*
Castrop. n. 6. Dicast. n. 271. Krim. n. 1707. Nec ve-
 rit, quòd censura fit veluti privatio, quæ tan-
 tum una est, quando una forma excluditur,
 quamvis plures sint causæ illius exclusionis, nam
 si quamvis privatio fit una, quando una est for-
 ma exclusâ & quamvis etiam non multiplicetur
 physicè, quando multiplicatur causa, potest ta-
 men multiplicari moraliter, v. g. si plura cor-
 pora opaca impediunt lumen, est quidem una
 physicè privatio, moraliter tamen tot, quot
 sunt corpora opaca, quorum uno remoto nec-
 dum habetur lux, sed singula debent tolli, quia
 singula impediunt totam lucem; idem est de
 censuris. Addit rectè *Pelliz.* censuram esse potiùs
 positivam pœnam, cum se habeat per modum
 vinculi, potest autem quis pluribus vinculis
 ejusdem rationis ligari, uti patet.

§. 3. Si quis unico actu v. g. occidat tres Cle-
 ricos, probabile est etiam incurrere triplicem
 excom-

88.

89.

excommunicationem, hic enim actus continet tres malitias, & est æquivalenter triplex, *Nov. Covarr.* aliique cum *Dicast. n. 274.* contra *Leandrum* apud *Krim. n. 1708.*

90. §. 4. Si quis percutiat Religiosum, qui simul sit Diaconus, *Suar. Gibal. Krim. n. 1709.* & alii putant incurri duas excommunicationes, tum quia est diversa consecratio Religiosi & Clerici & una non continet alteram, tum etiam, quia Jure pro qualibet circumstantia tam Clerici quàm Monachi lata est excommunicatio. *Dicitur* supra non omnino assentitur, quia non videtur praxis esse, ut ideo petatur duplex dispensatio.
91. §. 5. Si quis percutiat Sacerdotem, non incurrit tres censuras, unam, quia est Subdiaconus, alteram, quia Diaconus, tertiam, quia Presbyter, omnes enim hæc causæ integrantur nam adæquatam & perfectiorem causam, cuius presbyterium quasi includat, aut saltem ordinariè præsupponat alios Ordines, *Dicast. Supra Krim. n. 1709.*
92. Q. 14. Quid notandum sit circa causas excusationis ab incurrenda censura. *R. §. 1.* Impotentia moralis omittendi actionem prohibitam vel potestatem præceptam excusat, quominus incurritur censura; tum autem adest illa moralis impotentia, quando non potest omitti vel fieri sine gravi incommodo. Quod si aliquis jam oblitus præcepto sub censura lato prævideat se postea impotentem, jam sub censura tenetur prævenire, quia jam incipit & urget obligatio usque ad illud tempus, ergo si jam non præveniat, est sufficienter contumax, re ipsa tamen incurrit censuram, nisi evoluta prius temporis, intra quod tenebatur v. g. restituere, &c.

nam prius externo opere consummabitur peccatum neglectæ restitutionis; ideoque si culpabiliter neglecto tempore, quo erat potens, ante tempus evolutum per casum aliquem extraordinarium fieret potens & solveret, non incurrisset censuram, *Dicast. d. 2. n. 340.* Si tamen alicui sub censura mandetur aliquid facere, & intra sex illos dies legitime impediatur, sublato impedimento tenetur sub censura etiam post sex illos dies, quia hic terminus positus est, non ad finiendam, sed ad urgendam obligationem.

§. 2. Cum ignorantia sæpe excuset, recolendum est ex dictis l. 1. n. 701. quid & quotuplex sit ignorantia, item ex dictis ibidem à n. 748. quando nam censeatur vincibilis aut invincibilis, culpabilis aut inculpabilis, quibus suppositis constat ex Cap. *Ut animarum* De constit. in 6. ignorantes non ligari sententiis Ordinariorum, dummodo eorum ignorantia non fuerit *crassa* aut *supina*, & quamvis sciatur peccatum esse contra legem naturalem vel divinam, si non sciatur esse contra ecclesiasticam, non incurritur, quia tum non est contumacia in Ecclesiam, communis cum *Krim. n. 1796.* Hinc universaliter tenent *AA. cum Sperell. decis. 39. à n. 25. id, quod excusat à peccato mortali & contumacia, etiam excusare à censura. Quæ ignorantia excuset ab hæresi formali, & consequenter à pœnis illi annexis, latè disputat Pignat. in novissimis Consult. 197. & aliqua dixi l. 2. à n. 43. & hic n. 48. quando nam censeatur manifestari.*

§. 3. Quamvis secundum dicta l. 1. à n. 268. per se loquendo, licitum sit sequi opinionem probabilem in concursu etiam probabilioris, tamen si tibi etiam probabilius sit aliquid esse licitum

93

94

tum vel illicitum, & Superior etiam ex opinione tantum probabiliter tibi sub censura in iungitur oppositum, si contravenias, non excusaris à peccato & censura, uti dixi l. 1. à n. 432. & præterea ibi citatos tenet etiam *Sperell.* decis. 129. à n. 22 rectè inferens à n. 26. si causa inter Doctores vel Advocatos sit dubia, non esse reo licitum adherere etiam probabiliori opinioni Doctorum vel suorum Advocatorum contra sententiam censuræ à Iudice latam, quia semper est possessio auctoritatis & potestatis Superioris. Attamen censura lata, v. g. contra invadentem bona Ecclesiæ non ligat eum, qui facit bonâ fide & cum probabiliter titulo, uti habet communis cum *Covarr. Caj. Suar. Bonac. Pignat.* tom. 6. conf. 18. à n. 1. tom. 9. conf. 11. n. 1. Item qui usurpat rem Ecclesiæ, dubitans an non sit sua, non incurrit, non præsumit, nec cum ista ignorantia est dolens. *Pignat.* tom. 7. conf. 11.

95.

§. 4. Si quis sciat actum suum esse prohibitum etiam lege ecclesiasticâ, sed nesciat censuram ei esse annexam, *Covarr. Ledesma, Clarus, Corduba,* & alii putant incurri censuram, quia nihilominus est inobediens & contumax præceptum Ecclesiæ, ergo non est, cur censura non incurrat; deinde malefici in foro civili puniuntur pœnâ per leges statutâ, quamvis non verint pœnam illam esse tali delicto statutam, ergo idem fiet in foro ecclesiastico; præterea incidens incurrit irregularitatem & casum reservationem homicidio esse annexam, ergo etiam incurret censuram. Hæ rationes reddunt sententiam illam probabilem, nihilominus tenuior sita est probabilior, quam communis tenet.

AA. Silv. Nav. Bonac. Dicast. d. 2. dub. 20. & 23.
 Dyon. p. 3. t. 6. R. 41. Burgh. cent. 1. cas. 78. Engel.
 l. 5. tit. 39. n. 10. Krim. n. 1797. Delb. c. 2. d. 8. l.
 19. Busenb. aliique, quos citavi l. 1. à n. 767. ubi
 rationem dedi, ex qua etiam sufficienter solvun-
 tur, quæ hic opprita sunt. De irregularitate da-
 po postea disparitatem. De reservatione autem
 dedi disparitatem l. 6. p. 2. à n. 1607.

§. 5. Si poena imponatur his vel similibus 96.
 verbis, qui presumpserit, qui scienter, qui consulto, qui
 temerè, qui audens, qui contumaciter hoc fecerit, non
 incurret, etiam si ignorantia poenæ annexæ fue-
 rit crassa; N. v. Covarr. Sanch. De Matr. l. 9. d. 32.
 n. 36. Castrop. tr. 2. d. 1. p. 18. & alii communi-
 ter, quia tum requiritur vel dolus vel contem-
 ptus, vel saltem ingens temeritas, quorum nihil
 est sine ignorantia affectata. Imò Diana & Burgh.
 cent. 1. cas. 78. putant non incurri, quamvis
 ignorantia fuisset affectata, & consentit Bonac. nisi
 conjuncta esset cum ingenti temeritate; sed
 Sanch. n. 40. cum aliis absolutè dicit ignoran-
 tiam affectatam non excusare, quia potius auget,
 quam minuit culpam: Castrop. tamen requirit
 ignorantiam talem affectatam, quæ æquivalet
 scientiæ, quia talia verba videntur requirere ex-
 pressam voluntatem se opponendi legi puniti-
 væ, quæ voluntas non est sine expressa cognitio-
 ne poenæ appositæ. Videri potest Pignat. in no-
 vissimis conf. 197.

§. 6. Error quandoque excusat, quandoque 97.
 non, v. g. si quis volens percutere Titium sive
 laicum, sive Clericum, præter intentionem per-
 cutiat Cajum Clericum, non incurrit censuram,
 quia non percutit voluntariè aliquem Cleri-
 cum; si autem putans hunc hominem esse Ti-
 tum
 Tom. VIII. Aaa tium

tium Clericum percutiat Cajum Clericum, Delb. c. 2. d. 4. f. 17. n. 4. & d. 8. f. 19. n. 2. *Tambor.* in Decal. l. 6. c. 4. §. 3. n. 29. aliique dicunt non incurrisse censuram, quia illa actio exterior non est formaliter injuriosa Titio, cum Titium non tangat, neque Cajo, quem non cognoscit, ergo nulli Clerico, ergo non incurrit censuram annexam soli percussioni, quæ alicui Clerico sit formaliter injuriosa: *Dicast.* dicit, tum tamen incurrit, si habuerit voluntatem saltem virtualem percutiendi eum, quem videt, sive sit Titius Clericus, sive Cajo. E contra communior & probabilior opinio est aliorum, qui dicunt incurrisse censuram, quia voluntariè percutit aliquem Clericum, estque hæc intentio & actio injuriosa statui clericali: Neque excusat error in hac persona, hoc enim non obstante, vult percutere & re ipsa percutit Clericum, quamvis alium quam putet, ergo incurrit censuram, quia Ecclesia prohibet percuti Clericum, quicumque ille sit. Ita *Covarr. Vega, Sanch. de Matr. l. 9. d. 32. n. 17. Laym. Barb. Steph. tr. 5. a. 5. n. 264. Burgh. cent. 1. cas. 61. Schild. tr. 1. n. 17.*

98. §. 7. Gravis metus, quamvis à peccato non excuset, attamen aliquando excusat ab incurrisse censuræ, uti si quis metu mortis adigatur ad injustè percutiendum Clericum, ad Matrimonium contrahendum & consummandum cum consanguinea, quia talis non censetur contra maximam, nec delinquit ex contemptu ecclesiasticæ potestatis, sed ex mera infirmitate naturæ, ergo non incurrit censuram præcepto humano annexam tali peccato, talia enim præcepta humana non obligant cum tanto incommodo, *Suar. Cón. Castrop. hic d. 1. p. 8. n. 10. Dicast. d. n. 346. 433. Delb. c. 2. d. 4. f. 23. contra Sanch.*

Sanch. & alios. Dixi, aliquando, nam si metus incutiat in contemptum Ecclesie vel Religionis, non excusat ab incurrenda censura, quia Ecclesia pergit in tali casu prohibere tale factum, ergo qui illud patrat, non tantum peccat contra jus naturale & divinum, sed etiam contra ecclesiasticum, ergo non evadit poenam transgressionis precepti ecclesiastici impositam, *Suar. Cin. Bonac. Filliu. tr. II. c. 8. q. 18.* Unde generaliter loquendo, tum tantum excusat metus gravis a censura, quando sunt tales circumstantiae, in quibus Ecclesia non censetur velle ponere suum preceptum vel obligationem, si autem tum adhuc censeretur velle urgere suum preceptum, metus non excusabit ab incurrenda censura.

Obji. cum Sanch. De Matrim. l. 9. d. 31. Cap. Sacris De his, quæ vi, sic decidit de illo, qui ex metu participaverat cum excommunicato, *Licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale crimen incurere, excommunicationis labe credimus inquinari,* ergo quandocumque manet talis culpa etiam incurritur censura. *z. n. conseq. nam sermo est de participante cum contemptu Ecclesie, sive in circumstantiis quibus Ecclesia vult preceptum suum urgere.*

§. 8. Qui in censura constitutus est, & ex metu gravis incommodi facit aliquid, quod ei ratione censuræ prohibetur, secluso contemptu Ecclesie vel Religionis, non incurrit poenam annexam, v. g. si quis sit excommunicatus, & ex metu gravis infamiae celebret Missam, non fit irregularis, quia per metum excusatur quominus peccet, ergo etiam quominus incurrat poenam peccato annexam, *Suar. Barbosa, Lohner, alii- que cum Dicast. supra n. 349. & 440.* qui rectè

Aaa 2

addit

addit n. 355. metum nunquam facere, ut actus qui aliàs erat invalidus, fiat validus, hinc publicè excommunicatus & declaratus ex metu gravi absolvat, absolvit invalidè, quia omnia amittit jurisdictionem excepto articulo mortis, imò secundùm aliquos redditur irregularis, quia Ecclesia adhuc videtur prohibere illi absolutionem etiam in illis circumstantiis, quibus validè absolvere non potest.

100. §. 9. Si censura liget v. g. etiam mandantem, si doleat se mandasse, sed non possit ita cito revocare mandatum, quid tum dicendum sit effectus mandati secuto, intelligitur ex dictis n. 61. Si autem quis suo mandato vel consilio tantum fuerit causa, ut effectus sub censura prohibita poneretur citius, fortiùs, animosiùs, retuli sententias n. 65. & aliquid addam n. 303.

101. §. 10. Voluntas seu consensus illius, in cuius favorem concessa fuit censura, sufficit ad suspendendam censuram, ne incurratur, v. g. si creditor indulgeat vel proroget terminum, intra quem debitor erat futurus censuratus, nisi solveret, debitor non incidit in censuram, neque tamen creditor per hoc exercet actum jurisdictionis, nam directè non suspendit eam censuram, sed tantum indirectè impedit tollendam causam seu materiam censuræ, Judex enim concedens censuram in gratiam creditoris, non censetur velle ligare debitorem ultra voluntatem & intentionem creditoris, *Innoc. Abb. Suar. Bona. Fill. Castrop. d. 1. pu. 8. n. 5. Dicast. d. 2. dub. 1. contra Silv. Nav. Sayr. & alios.* Quando autem per voluntatem alterius censura fuit ad tempus suspensa, si intra illud tempus concessum non fiat, quod sub censura præcipiebatur, putant ab-

qui ad iterum habendam censuram requiri non-
 vum præceptum Judicis : Alii probabilius ne-
 gant, quia voluntas Judicis fuit, ut ligaretur cen-
 sura secundum voluntatem alterius, in cujus
 gratiam tulit censuram, ergo quando voluntas
 illa ex suspensa fit iterum absoluta, incurret ex vi
 prioris præcepti, ita *Castrop.* n. 6. *Dicast.* n. 364.
Leand. Krim. à n. 1758. Videri potest *Pignat.* tom. 2.
 conf. 60. à n. 6.

§. 11. Si detectio delicti præcipiatur sub cen- 102.
 sura, nemo tenetur seipsum, vel socium compli-
 cem prodere quoad forum externum, nisi dete-
 ctio esset ita necessaria pro bono animæ, ut quis
 teneretur vitâ potiùs profundere, quàm tale de-
 lictum occultare, ita *Pelliz.* tr. 7. c. 1. n. 95. Quod
 si sub censura præcipiatur v. g. ut author talis
 paucilli detegatur, si probare non possis, non
 teneris deferre, quia Judex censetur intendere
 punitionem authoris, quem tamen punire non
 poterit, si probari non possit, ita cum aliis *Ca-
 strop.* d. 2. pu. 3. n. 9. addens nec tum teneri, si in-
 de grave damnum tibi immineret, quia leges
 ecclesiasticæ non censentur obligare cum gravi
 dispendio, de his tamen præceptis circa dete-
 ctionem vide *Tridentinum* n. 18. relatum & *Dicast.*
 d. 3. dub. 41.

§. 12. Quando censura est lata sub conditio- 103.
 ne, & ferens censuram moritur, vel jurisdic-
 tionem amittit pendente adhuc conditione, aliqui
 putant impletâ conditione incurri, quia per
 mortem vel amotionem Judicis non expirant
 acta vel sententiæ : sed dicendum est cum *Sanch.*
 in conf. l. 3. dub. 32. n. 283. & *Dicast.* d. 1. n. 163.
 id verum esse, si censura lata fit per modum le-
 gis seu statuti communis, hæc enim sunt perpe-
 tua,

tua, non, si ab homine per modum sententiae in personam particularem.

804. §. 13. Si Judex præcipiat Petro solvere sub excommunicatione ipso facto incurrenda, si non solvat ante mensem, & Petrus ante finem mensis non solvat, sed mutato domicilio excedat territorio Judicis, aliqui dicunt eum non incurere, quia si medio tempore appellasset, suspensa fuisset jurisdictio Judicis, nec postea incurrisset, ergo multò minus incurret, si interea plane excedat è jurisdictione Judicis. Oppositum tenent alii cum *Sanch.* suprà n. 280. quia delictum & contumacia jam ceperat in priore domicilio, hinc communior cum *Baldo* tenet, si Judex tibi in persona prohibuerit furtum sub censura, te, si fureris post ita mutatum domicilium, adhuc esse incursum, quia quoad jurisdictionem inspicitur principium judicii, ergo satis est, quòd censura in te lata esset, sub conditione, si faceres furtum, sic enim persona tua jam erat præventa. *Nec obstat*, quòd *Cap. 2. De constit. in 6. §. 1. dicitur*, *Excommunicatio contra delinquentes non ligat delinquentes extra territorium, nam loquitur de lege & statuto non tangente personam in particulari, nisi post impletam conditionem subjecta sit, nunc autem deliit esse subjecta. Vide dicta à n. 43.* Hinc universaliter dicit *Dicast. d. 1. n. 188.* citans *Inn. Abb. Suar.* probans etiam ex Jure, si quis mutet domicilium, statim desinere obligari non solum statutis sed etiam præceptis & sententiis generalibus prioris loci, si statuta illa de præcepta respiciebant aliquid futurum sine respectu ad præteritum: è contrà si sint de delicto vel causa præterita sub conditione in futurum, v. g. *Titius, quia damnificavit Cajum vel Cap. de-*

debet, fit excommunicatus, nisi intra annum satisfecerit, tunc si delictum vel causa est posita in priore loco, incurret censuram etiam post mutatum domicilium, si non satisfecerit intra annum, quia Titius per positionem delicti vel causæ jam erat factus subditus, & respectivè ad hoc jam talis manet.

Q. 15. Quid notandum sit circa appellationem à cen- 105.

surâ. R. S. 1. Quando quis censurâ gravatur, potest ad Superiorem accedere, vel per viam appellationis vel per modum simplicis querelæ, Sanch. in conf. l. 3. dub. 35. Appellatio autem est provocatio ab inferiore Judice ad Superiorem ratione gravaminis alicujus, habetque effectum, vel devolutivum, quia causam devolvit ad Superiorem Judicem, vel suspensivum, si etiam impediat sententiæ executionem. Alia autem dicitur extrajudicialis, si appelletur ab actu factio extra iudicium, uti à collatione Beneficii vel alio, quod fit ex publico quidem officio, attamen extra iudicium. Alia dicitur judicialis, quæ interponitur in iudicio, sive ante sive post licentiam contestatam. Et quando interponitur ante sententiam definitivam, dicitur appellatio ab interlocutoria; quando post sententiam definitivam, dicitur appellatio à definitiva. Sententia verò dicitur definitiva, quæ fertur super causa principali, de qua lis est. Tum dicitur interlocutoria, si feratur ante finem litis super illis, quæ incidunt vel emergunt circa causam principalem. Tum dicitur mixta, si partem substantialem causæ definiat, attamen ex toto non terminet negotium, Sanch. suprâ dub. 32. à n. 1. Est autem iterum appellatio alia verbalis, quæ fit verbis; Alia facti, quæ fit per arreptionem itin-

ris ad Superiorem, Cap. *Dilecti* 2. De appell. Sanch. à num. 19.

106. §. 2. Excommunicatus non potest appellare extrajudicialiter, quia hoc est agere, quod prohibetur: potest tamen judicialiter, quia hoc tantum est se defendere, communis cum Sanch. n. 12. In judiciali revocantur omnia attentata in extrajudiciali tantum ea, quæ sunt contra appellationem, *Marant. Francus, Sanch. n. 15.* & alii. Item judicialis suspendit jurisdictionem Judicis à quo extrajudicialis non suspendit actum de præterito, nec etiam actum futurum consecutum ad actum de præterito, Cap. *Constitutio* De appell. sed tantum suspendit, quod fit postea contra appellationem, *Nero, Sanch. n. 14.* Refert autem *Pignat.* tom. 2. conf. 60. n. 23. hanc declarationem S. Congreg. *Appellationis causa, dum procedet, appellans in eodem, quo reperitur, carcere perennabit, quoadusque Judex, ad quem appellatum est, post actis & causâ cognitâ, aliter decreverit.*

107. §. 3. Jure communi conceduntur decem dies, ut quis appellet à sententia five definitiva five interlocutoria; vel certè appellatio fit à die scientiæ, quo latam esse sententiam intellexerit, *Sanch. n. 56. Vallens. l. 2. tit. 28. §. 7. n. 2.* citatis complures alios. Jure civili dantur duo menses ad prosequendam appellationem: Jure autem canonico annus. Ex causa necessaria & evidenti biennium, *Sanch. n. 84.* Appellans tenetur petere Apostolos infra triginta dies, aliàs appellatio manet deserta, *Sanch. à n. 119.* Quod valet etiam de appellatione extrajudiciali, si est, quæ Apostolos dare possit, five concedere eos potest, *Sanch. n. 124.*

108. §. 4. Appellatio, per se loquendo, est factio

da scripto, *Sanch. n. 293*. Et coram Judice à quo, si tamen non sit copia habendi Judicem à quo, factis est fieri apud Judicem ad quem. Si neuter haberi possit, fieri debet coram honestis personis, *Sanch. à n. 128*. Debet tamen Judici à quo intra decem dies notificari, *Sanch. n. 294*. Fieri autem debet ad Judicem superiorem competentem, *Sanch. à n. 158*. Et potest aliquando fieri viva voce, *Sanch. à n. 168*. In appellatione ab interlocutoria debent in scripto exprimi causæ gravaminis, *Sanch. à n. 186*. Et quidem de Jure civili non datur appellatio ab interlocutoria, nisi lequeretur gravamen irreparabile per definitivam; de Jure autem Canonico datur. Jure *Trid.* non datur in criminalibus ab Episcopo vel ejus Vicario, *Sanch. à n. 202*.

§. 5. Si appellatio præcedat sententias excommunicationis & interdicti, suspendit eas, ita ut post appellationem latæ, sint irritæ, *Cap. Dilecti, De appell. & c. Cap. Per tuas, De sent. excomm. Sanch. à n. 217. Pirrh. l. 2. tit. 28. f. 8. §. 3.* Hinc qui post appellationem est excommunicatus & denunciatus, non ideo fit irregularis, si celebret, *Cap. Licet, De sent. excomm. Sanch. n. 222. Pignat. tom. 1. conf. 259.* Et licet appellatio ab interlocutoria non impediatur, quin Judex à quo possit ultra procedere, *Cap. Non solum, De appell. in 6.* hoc tamen fallit, quando excommunicatio vel aliæ censuræ feruntur post talem appellationem, *Rota, Imol. Lamell. Francus, Sanch. n. 37. & 224.* Tenentque ista, quamvis appellatio sit extrajudicialis, *Cap. Dilecti, 2. De appell. & communis cum Sanch. n. 225.* Excipe, nisi excommunicans sit pars, agens pro defensione juris, cujus certam possessionem habet, *Sanch. n. 227.*

ii
ix
iii

Et appellatio debet esse legitima, *Sanch. n. 228.*
 Et debet exprimi causa rationabilis, adeoque
 etiam ideo debet esse in scriptis, *Sanch. à n. 235.*
 Hinc universaliter contra illum, qui prius vali-
 de appellavit, invalidè fertur censura, quia ap-
 pellatio in tempore facta suspendit usum juris-
 dictionis in Judice, *Cap. Romana, Cap. Si à ju-
 dice, De appell. in 6.* Idem facit recusatio Judi-
 cis facta prius, quàm sententiam censuræ ferat,
Cap. Quoties Episcopi, 2. q. 6. nisi Judex habeat
 potestatem agendi *non obstante appellatione.*

110. §. 6. Si excommunicatio lata sit à Jure de-
 jam incurfa, ab ea non datur appellatio, imò nec
 ab illius declaratione, quoad effectum suspensio-
 num, si factum sit notorium, *Sperell. decis. 48. l.*
n. 41. Et universaliter, appellatio interposita
 post censuram absolute latam, non suspendit
 ejus effectum, quia fert secum executionem,
Sanch. n. 240. Lugo, in Responf. mor. l. 2. dub. 1.
 Poterit tamen quandoque suspendere declara-
 tionem seu denunciationem, uti statim dicitur.
 Et licet, quando dubium fuit, Judex postea de-
 claret validam fuisse excommunicationem, non
 ideo fit irregularis, si interea celebret, quia
 non fuit contemptus observantiæ excommuni-
 cationis, communis cum *Sanch. n. 244. Pign.*
suprà.

111. §. 7. Si appellatio fiat post incurfam cen-
 suram, sed ante illius denunciationem, *Leander*
 huc putat non suspendi denunciationem, &
 colligit ex *Cap. Pastoralis 53. §. Verum De appell.*
 hinc putat appellationē tum habere tantum
 effectum devolutivum, & consentit *Krim. n. 177.*
 si incurfio censuræ & æquitas sententiæ
 tergiversatione celari possit, tum enim non
 legi-
 ab ho-
 mani-
 dubio
 n. 177
 habet
 loqui-
 que e-
 verum
 gitim-
 vam,
 restat
 suprà
 quod
 que b-
 ad eu-
 dat,
 quan-
 ideò
 nem
 in Ca-
 sequ-
 tioni-
 ciatu-
 divir-
 §.
 pellà-
 lam
 bonà
 super
 Judi-
 quia
 men-
 rere
 rior

legitima appellatio. E contra si sit sententia lata ab homine, & æquitas sententiæ non sit per se manifesta, *Sanch. dub. 32. n. 243. 286.* & iterum dubio 33. *Pignat. tom. 9. conf. 160. n. 14. Krim. n. 1778.* dicunt appellationem à denunciatione habere vim suspendendi, nam *Cap. Pastoralis*, non loquitur de censura lata ab homine, sed de illa, quæ executionem secum trahit, & generaliter verum est cum communi, quòd appellatio legitima in tempore facta habeat vim suspensivam, nisi, uti ante dixi, Judex procedat cum potestate, non obstante appellatione. Hinc etiam *Lugo* supra ait; si quis putet se non fecisse id, propter quod est declaratus esse excommunicatus, ideòque bonâ fide appellet ad alium Judicem, aut ad eum recurrat, vel accedere velit, ut se defendat, declarationem illam non habere vim, quamvis fortè causa appellationis non subsistat, ideòque talem denunciatum post appellationem non fore vitandum. Hinc etiam docet *Gloss.* in *Cap. Cupientes*, quòd per appellationem subsequentem effectus declarationis seu denunciationis suspendatur, ita ut declaratus seu denunciatus non tantùm non sit vitandus, sed etiam divina celebrare possit.

§. 8. Si quis ante sententiam bonâ fide appellarit, & Judex putans appellationem esse nullam processerit ad censuram, censuratus autem bonâ fide v. g. celebret Missam, quamvis Judex superior postea pronunciet pro sententia prioris Judicis, tamen alter non erit ideo irregularis, quia nec temeritas, nec mala fides adfuit; attamen secundùm dicta n. 84. debet externè se gerere tanquam censuratum, donec Judex superior declaret appellationem esse legitimam, *Cap.*

Ad

Ad presentiam nostram, De appell. & Cap. Solet De sent. excomm. in 6. Quod si mala fides in appellatione intervenisset, quamvis prosequeretur appellationem, esset irregularis, quia celebraretur censuratus; idem dicit Laym., si quis post latam in se censuram appellet ab ejus declaratione celebrare pergat, *Dicast.* tamen d. 1. n. 319. negat, si bonâ fide appellârit, putans se non incurrisse censuram.

113. §. 9. Appellatio etiam post sententiam, si fiat intra decem dies, habet 1. secundum dicta n. quod impediatur denunciationem. 2. Quod caret devolutionem ad Superiorem, & extimatâ jurisdictione Judicis à quo, uti tenent Nav. Feñ. & alii cum *Sanch. dub. 32. n. 286.* Quod si non fiat intra decem dies, & censuratus petat abolitionem, quam censurans neget, poterit appellare ab hoc novo gravamine, & ita adhuc totam causam transferet ad Superiorem, *Sanch. n. 288.* Quamvis autem perita sit omnis potestas appellandi, adhuc manet locus querelæ, *Sanch. n. 290.* Is autem solus potest adiri per modum querelæ, qui habet immediatam jurisdictionem in utrumque disceptantem, *Sanch. supra dub. 31.*
114. §. 10. Censura sub conditione de futuro lata suspenditur per appellationem factam quocunque tempore ante impletam conditionem, nisi licet in Cap. *Quod ad. 15. De sent. & re judic.* statuatur, ut fiat intra decem dies, hoc intelligitur quando sententia transit in absolutam, & impetit vires, non autem, si adhuc pendeat conditio, uti notant Nav. Covarr. Suar. *Sanch. dub. 31. à n. 256. Krim. n. 1756.*

115. §. 11. Si censura sit lata sub conditione, si ante certum tempus non comparuerit, appellatio

latio iusta suspendet censuram, etiamsi aliquis
 postea non prosequatur appellationem, quia si
 censura necdum fit contracta, appellatio abso-
 lute suspendit vim jurisdictionis; nec refert,
 quod sub censura prohibetur, ne appellet, quia
 prohibere justam defensionem est contra Jus
 naturale, & continet errorem intolerabilem,
Sanch. dub. 32. n. 284. Castrop. d. 1. pu. 8. Dicast. d.
à. n. 305. Pelliz. De Regul. tr. 6. c. 7. n. 34.

§. 12. Si causa appellandi sciatur non subsi- 116.
 flere, est mala fides, neque appellatio suspendit
 censuram vel declarationem ejus pro foro in-
 terno, pro externo tamen tamdiu suspendit,
 dum probetur talis defectus *Dicast. d. 1.*
num. 321.

§. 13. Quamvis *Trid. sess. 25. c. 4. De Regula-* 117.
ribus, statuat, ne liceat Regularibus à suis conventi-
bus recedere etiam prætextu ad Superiores suos acceden-
do, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint, tamen do-
 cent *Naw. Suar. Az. Sa, Sayr. Lez. Bass. & alii cum*
Diana p. 3. tr. 2. R. 56. & Pignat. tom. 10. conf. 24.
 id licere Regulari iniquè vexato per modum ap-
 pellationis facti, si prævideatur vexantem nega-
 turum esse veniam, pro quo *Rodriq.* refert decla-
 rationem *S. Congreg.* Et si aliter non possit tutò
 proficisci, docent *Portel. & Dian. R. 115.* non
 peccaturum, si ideo etiam habitum in via di-
 mittat.

§. 14. Notat *De Luca* in miscell. disc. 15. n. 9. 118.
 & pro hoc refert multas declarationes *Pignat.*
tom. 2. conf. 60. à n. 17. quando fit comminatio
 vel latio censuræ ad comprimendam audaciam
 rebellium contemnentium auctoritatem eccle-
 siasticam, ut ita abstineant à rebellionibus &
 ejusmodi contemptu, tum non dari locum ap-
 pel-

pellationi suspensiva, id enim esset facere con-
tinuari contemptum & rebellionem. Et univer-
saliter contumax appellare non potest, quia ap-
pellatio datur gravato à Judice, non autem re-
belli, L. 1. Cod. *Quorum appell. non recip.* L. Ex-
sensu 23. §. ult. ff. De appell. *Vallens.* supra, *Spe-*
decif. 48. à n. 46. *Pignat.* n. 15. Habent etiam Ca-
nones apud *Pignat.* tom. 9. conf. 49. n. 21. notari
criminosi appellationem non audiri: at tamen
n. 22. concludit tutius esse audiri, quia sepe
cuntur notoria, quæ talia non sunt: Quando au-
tem est vel de Jure vel de facto dubium, an ap-
pellatio sit legitima, debet admitti, Cap. *Com-*
speciali, §. *Porro*, De appell. & communis con-
Sanch. n. 43.

319. §. 15. Nec appellatio nec querela conceditur, si censura lata sit in causis visitationis & correctionis morum: *Nec in criminalibus ab Episcopo seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria vel alio quocunque gravamine, nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit.* *Trid.* sess. 13. c. 1. & sess. 24. c. 10. De ref. *Pignat.* tom. 6. conf. 19. n. 46. statuit etiam *Trid.* sess. 24. c. 10. De Ref. ut Episcopus possit quibuscumque Notariis imperitis exclusâ omni appellatione interdicere exercitium sui officii in causis ecclesiasticis: Item sess. 25. c. 13. De Ref. ut Episcopus controversias componat: hinc si talis Notarius vel alius se opponens tali potestati Episcopi censuraretur, appellare non posset à censura: intellige hæc omnia, quoad effectum suspensivum. Denique nulla appellatio vel exemptio jure quominus ex Decreto *Trid.* sess. 25. c. 14. De ref. form. excommunicatio feratur in Clericos con-

binarios recidivos : Et de hoc Clericorum concubinato ac pœnis in eum statutis possunt plura videri apud *Pignat.* tom. 9. conf. 139. à n. 128. An Judex ad quem debeat pro absolutio-
remittere ad eum, qui tulit censuram, V. *Sanch.* dub. 35. An autem, si Judex ad quem, absolvat, debeat citare partem, V. *Sanch.* dub. 36.

Q. 16. Quid dicendum sit ad varias dubitationes ; 120.
que hic possunt occurrere. R. §. 1. Quando dubitas, an sis ligatus censurâ, quia nescis, an censura in te lata sit, an comprehendat hunc tuum casum etc. nec dubium solvere potes, judica te non esse ligatum, quia materia est odiosa, ergo extendi non debet, & cum tu per Baptismum acquisiveris certum jus fruendi bonis communibus Ecclesie, non debes ab hac certa possessione dejici per dubium superveniens, ita docent latè *Sanch.* in Decal. l. 1. c. 10. à n. 55. *Delb.* c. 2. d. 8. f. 13. *Castrop.* d. 1. pu. 8. n. 8. *Pelliz.* tr. 7. c. 1. n. 89. qui tamen monent, in hoc casu non esse petendam vel admittendam dignitatem ecclesiasticam, eò quod reverentia illius videatur postulare, ne ejus collatio fiat cum periculo cassationis: sed *Castrop.* n. 9. rectè notat, si aliunde non adsit tale periculum, ratione illius dubii neminem prohiberi vel impediri; quominus petat vel admittat dignitatem.

§. 2. Quando dubitas, an alius sit ligatus 121.
censurâ, debes habere eum pro non ligato, quia ipse est in possessione, unde faceres injuriam habendo eum pro ligato, *Pelliz.* & alii suprâ. De dubio, an aliquis sit sufficienter denunciatus, dicam n. 186.

§. 3. Si scias censuram in te latam esse, sed 122.
dubites, vel an Superior ferid & ex animo tulerit,

rit, vel an non legitime ab eâ appellaveris, vel an sis absolutus, judica te ligatum, quia possessio est pro censura, *Krim. n. 1807.*

123. §. 4. Si dubites, an causa censuræ sit justa, *Dicast. d. 1. à n. 351.* putat probabile esse, quod possit censerî non justa, quia Superior tantum est in possessione potestatis ad ferendam sententiam justam, de quo hîc dubitatur, unde subditus videtur manere in possessione suæ libertatis: Sed oppositum cum communi tenendum, secundum dicta l. 1. à n. 432. & 595.

124. §. 5. Si dubites, an Superior potestatem habeat ferendi talem censuram, aut an ejus potestas se ad hunc casum extendat, si Superior sit in possessione sui Officii, quod communiter habet talem potestatem annexam, præsumptio & possessio erit pro Superiore, uti in simili circa potestatem ferendi legem dixi l. 1. n. 594.

125. §. 6. Si dubites, an sis ligatus majore an minore censurâ, item an lata vel tantum ferenda sententiæ, tene, quod minus est, quia *in peccatis benignior est interpretatio facienda*, secundum dicta l. 1. n. 596. & pluribus adhuc ibidem n. 826.

Quid tenendum sit in dubio, an sine tuo mandato vel consilio positus fuisset effectus sub censura prohibitus, dixi n. 66. De dubio, an appellatio sit legitima, dixi n. 122. De dubio, an censura sit lata ante an post appellationem, videri potest *Covarr. Cap. Alma mater, l. p. §. 2. n. 5.* De dubio, an tenearis satisfacere, antequam absolvaris dicam n. 172.

DUBIUM V.

126.

Qui possint absolvere à censuris.

Resp. I. A censura lata per sententiam par-
 ticularem, ordinariè is tantùm potest ab-
 solvere, qui eam tulit, vel ejus Superior, vel suc-
 cessor, vel delegatus. Ab ea, quæ lata est à Jure
 communi, vel ab homine per sententiam gene-
 ralem, si non sit reservata, potest absolvere
 quivis, qui censuratum potest absolvere à mor-
 talibus: si verò sit reservata, ordinariè & per se
 potest tantùm relaxari ab auctore legis, vel ejus
 successore, vel delegato.

Dixi I. Ordinariè: quia in articulo mortis qui-
 vis Sacerdos absolvere potest à quavis censura.

Dixi II. Per se: quia per accidens, & ex privi-
 legio possunt etiam alii. *Laym, l. 1. t. 5. p. 1. cap. 7.*

Resp. II. Episcopi, secundùm *Trid. sess. 24. cap.*

possunt 1. Absolvere in foro conscientia, per
 se vel Vicarium, ab omnibus censuris occultis,
 etiam in Bulla cœnæ Papæ reservatis; exceptâ

hæresi, à qua per seipos tantùm absolvere pos-
 sunt (quantùm est ex vi hujus decreti.) Dicitur

autem censura occulta, quæ contracta est ob
 delictum non publicum nec ad forum conten-
 tiosum deductum, aut si deductum fuit, à quo

reus ob defectum probationis fuit absolutus,
Bonac. d. 1. q. 3. n. 15. & p. 2. n. 1. ex declar. Cardin. Sc.

2. Possunt etiam sæpe absolvere à censura Papæ
 reservata, propter impedimentum ejus, qui in-

currit, vel quando propter senium, morbum,
 sexum, pauperiem Pontifex non potest adiri,

Bonac. l. c. ex Navar. Sanch. Avila, Kon. Sc.

Resp. III. Multi religiosi, præsertim Mendi-
 cantes, possunt ex suis privilegiis, (in foro ta-

Tom. VIII.

Bbb

men

»men interno tantum) à variis censuris absol-
 »vere. *Vid. Dian. p. 9. tr. 4. R. 63.* Quare à Super-
 »rioribus suis illa privilegia petant, cum ad con-
 »fessiones audiendas exponentur, & circa ea se-
 »quentes regulas sequantur,
 » *Prima.* Qui habet potestatem absolvendi à
 »censuris reservatis Episcopo, non potest vi illius
 »absolvere à reservatis Papæ.
 » *Secunda.* Qui habet potestatem absolvendi
 »à reservatis Papæ, non censetur posse absol-
 »vere à censuris Bullæ cœnæ: eò quòd hæ cen-
 »santur majores, nec comprehendi in concessio-
 »ne generali, *Dia. p. 5. t. 12. R. 34. ex Suar. Et. cont.*
 »*Bossum.*
 » *Tertia.* Qui habet potestatem absolvendi à
 »censuris Bullæ cœnæ, habet etiam à quibus-
 »Papalibus & Episcopalibus à Jure latis, etiam à
 »qui negent de excommunicatione contractam
 »propter hæresin, de qua alii probabiliter affir-
 »mant, præsertim pro regionibus septentrionalibus,
 »pro quibus alioqui concessio in magna
 »partem esset inutilis.
 » *Quarta.* Possunt Regulares per sua privilegia
 »sicut ab aliis censuris Papæ reservatis, ita etiam
 »absolvere duello certantes (idem dic de firmis
 »bus casibus) post constitutionem *Clementis VIII.*
 »sicuti poterant ante eam, præterquam in Italia
 »extra Urbem: idque ex declaratione ipsius
 »*Clementis apud Comitolum lib. 6. moral. Regum*
 »*n. 83. Fill. tr. 15. c. 5. Lay. l. 3. t. 3. p. 3. c. 5.*
 » *Resp. IV.* Ampla etiam solet dari potestatem
 »censuris absolvendi in Jubilæis, in quibus
 »generis considerandum, quid, quantum de
 »modo concedatur: Si enim detur potestatem
 »absolvendi à casibus reservatis Papæ, etiam

potestatis absolvendi à censuris Papæ re-
servatis, quia is non solet reservare casus, nisi
ratione censuræ adjunctæ. Porro absolutio data
confitenti bonâ fide in Jubilæo, cum intentione
removendi illud, etsi postea vel suâ negligentia
vel propter aliud impedimentum non lucre-
tur, est valida tollitque censuram: Secus si ab
indulgentiis lucrari noluerit, eo enim
casu probabilius est absolutionem non valere,
tam peccata reservata quàm censuram de-
bitam. novo debere tolli ab eo, qui potest extra Ju-
bilæum.

ADDENDA.

Quest. 17. Quid præterea sit notandum circa po-
testatem absolvendi, & absolutionem à censuris.

1. Quid Sacerdos vel Parochus excommunica-
tus possit circa absolutionem & Matrimonium:
item quomodo absolutioni à peccatis præmit-
tenda sit absolutio à censuris: item an absolva-
tur à censura, qui bonâ fide confitetur ignorans
illam: item quandonam ratione necessitatis
possint censurâ necdum sublatâ recipi Sacra-
menta, dixi l. 6. p. 2. à n. 1564. Quænam autem
sit distinctio inter dispensationem & absolutio-
nem à censura, latè explicat Pignat. in novissimis
consult. 199. à pag. 513. & præcipua est, quòd ab-
olutio sit actus justitiæ, in quo causa secundùm
Jus terminatur in favorè Rei, nec revocabilis est:
dispensatio autè sit actus gratiæ præter Jus, quæ
cessante causâ revocari potest. Hic adde seqq.

§. 1. Certum est ex Cap. Cum desideres, 15. & Cap.
Saceris, 38. De sent. excomm. ad tollendam cen-
suram non esse satis, quòd causa illius sit sublata

Bbb 2

vel

ii
ix
iii

vel deserit contumacia, sed præterea requiritur absolutio, hinc Alexander VII. damnavit hanc 44. propos. *Quoad forum conscientie. Res correcte, ejusque contumacia cessante, cessant censura.*

Obj. Sublatâ causâ tollitur effectus. scilicet contumacia fit causa ponendæ censuræ, non tamen conservandæ, sicuti quamvis culpa fit causa pœnæ, tamen sublatâ culpâ sæpe manet reus pœnæ: unde quia causa censuræ ponendæ fit voluntas Superioris, ita debet esse causa tollendæ; Imò licet moriatur is, qui censuram tulit non ideo desinit, uti clarè colligitur ex Cap. *Episcopus* n. q. 3. Cap. *Pastoralis* n. §. *Præterea* off. *Ordin.* habetque communis cum *Castrop.* num. 1826.

128. §. 2. Communis est cum *Castrop.* d. 1. p. n. 5. & aliis contra *Silv. Covarr.* & alios posse Sacerdotem absolvere à censura per Jus vel potentiam generalem lata & non reservata, potest absolvere à mortalibus; neque enim deficit jurisdictio in foro judiciali, quia in *Castrop.* Nuper dicitur, quòd si conditor Canonis specialiter absolutioem non reservaverit, hoc ipso videtur auctoritatem concessisse relaxandi. Dixi per Jus & c. pter dicenda n. 131.

129. §. 3. Manet potestas ordinaria absolvere eum à censura, qui peccavit & censuram incurrerit ex fiducia absolutioem facillè obtinendæ, communiùs tenent AA. cum *Dicast.* d. 3. n. 4. contra alios, quia lex illos non excipit, & non distinguit, neque nos distinguere debemus & ideo etiam dixi l. 6. p. 2. n. 1451. eum, qui Jubilæi committit reservatum, posse absolvi in Jubilæo.

130. §. 4. *Silv. Angel. Præpositus, Henriq. & alii*

d. 3. n. 5. putant quemlibet Clericum in articulo mortis posse absolvere saltem ab excommunicatione & interdicto personali, Diana *Alloza* & alii dicunt probabile esse, quod tunc absolvere possit omnis etiam laicus, quamvis esset hæreticus, dummodo dispensandum non sit, putatque *Marchinus* & *Sanch.* in decal. l. 2. c. 1. n. 13. aliique multi cum *Dicast.* num. 12. id fieri debere, quia secundum dicta l. 6. p. 2. n. 43. probabile est valere, nec potest obesse: deinde nullum inde sequitur inconveniens, & moribundo præstatur magnum obsequium, ut nempe participet suffragia Ecclesiæ & sepulturam ecclesiasticam accipiat: è contrà tamen *Casrop.* d. 1. pu. 11. §. 3. n. 5. *Sylvius* in append. ad varias resolutiones oratione 1. de absolutione moribundi docent, neminem non Sacerdotem, qui neque censuram tulerit, neque specialem absolvendi potestatem habeat à Papa, posse etiam in articulo mortis absolvere à censura, quia absolutio illa est actus jurisdictionis spiritualis, & quadam potestas clavium, quam non habent laici vel Clerici Sacerdote inferiores, nisi specialiter committatur, ideòque etiam quamvis admittat priorem sententiam esse probabilem *Lugo.* tamen in tr. de fide d. 23. n. 114. negat quentquam non Sacerdotem obligari ad sic absolvendum, quia secundum sententiam *Sylvii*, quæ communior & probabilior est, Ecclesia sine ullo peccato negavit omnibus non Sacerdotibus potestatem absolvendi, neque voluit committere nisi Sacerdoti, quamvis committere potuisset etiam aliis, ergo multò minùs peccabit nullus non Sacerdos, si nõ absolvat, Ecclesia enim magis tenetur ex charitate providere salutem fidelium,

r.
 ii
 ix
 III

lium, quàm homines privati. Porro notat *Dicaft.* n. 44. si quis in periculo mortis sit ab alio quo aliàs non habente potestatem absolutus evadat periculum, debere se sistere Superiori sub pœna reincidentiae, sic enim Ecclesià voluit ad frangendam contumaciam.

131. §. 5. Qui excommunicatus est ab homine medio præcepto, aut sententiâ speciali, quamvis excommunicatio reservata non sit, excepto articulo mortis non potest absolvi, nisi vel ab eo, qui tulit, vel ab hujus Superiore, vel eum hunc aut ille potestatem delegarit, vel ab horum successoribus, vel à Capitulo sede vacante, id enim necesse est, ut tribunal Judicis non turbetur communis cum *Krim.* n. 2042. Imò absolutio est ipsimet censuranti prohibita in his casibus. Si fiat excommunicatus vitandus. 2. Si censuram intentavit nomine Papæ absque causæ cognitione. 3. Si eam tulerit Superiore confirmante & sententiam ejus confirmante. 4. Si lata sit in incendiarium, quia reservatur Papæ. 5. Si delegatus Papæ excommunicarit aliquem, qui ultra annum in censura illa perseveret, tunc enim cessat autoritas ex commissione excommunicantis, *Bauny, Krim.* n. 2045.

132. §. 6. Quando datur generalis facultas absolvendi ab omnibus censuris, non intelligitur concessa facultas ad reservatas, *Dicaft.* d. 3. n. 27. Si autem in Jubilæo detur facultas absolvendi ab omnibus censuris reservatis, etiam intelliguntur reservatae Episcopo, quia sic habetur non ignorantibus Episcopis, & sic censetur verè à Papa, ut sic omnes ex suo privilegio lucrentur Indulgentias, *Suar. Dicaft.* n. 36. Quamvis autem in Jubilæo vel Indulgentia plenaria abdicatur

ur, quòd adfit facultas absolvendi à quibusvis censuris Sedi Apostolicæ reservatis, non comprehenduntur censuræ provenientes ex casibus Bullæ cœnæ, nisi Papa exprimat, has enim specialiter sibi reservat, & facultas generalis non censetur se ad ea extendere, quæ specialiter sunt exempta, *Chapeaville*, De casib. reserv. p. 1. c. 4. Imò quamvis adderetur, etiam Bullæ cœnæ, tamen tenent multi, quos retuli in l. 6. p. 2. n. 1616. non intelligi hæresin.

§. 7. Si data sit potestas absolvendi ab omni censura tam à Jure quàm ab homine lata, *Henric. Avila* & alii putant extendi ad censuram per hominem etiam specialiter latam: sed valde probabiliter contradicunt *Vasq. Hurt. Bauny* apud *Krimer* n. 2043. quia credibile non est tali generali concessione permitti turbationem auctoritatis Judicium: Itaque intelligetur tantum censura ab homine generaliter lata, quando enim vagè fertur nemine designato, æquiparatur censuræ Juris, *Laym. Bauny, Krim.* n. 2044.

§. 8. Quamvis Episcopus facultatem concedat absolvendi à peccatis sibi reservatis, hoc ipso non dat facultatem absolvendi ab annexis censuris, licèt id facere censeatur Papa, nam Episcopi sæpe reservant censuram datâ potestate in peccatum, *Dicast.* n. 230. *Chapeaville* suprâ.

§. 9. *Trid. sess. 24. c. 6. De Reform.* concedit Episcopis amplam facultatem his verbis: *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientes, excepta eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad fornicationem contentiosam, dispensare: & in quibuscumque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in diocesi sua per seipos aut*

Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, impositâ poenitentia salutari. Idem & in heresis crimine in eodem foro conscientie est tantum, non eorum Vicariis, sit permissum. Et hanc potestatem (exceptâ illâ, quæ est ad hæresin) possunt Episcopi, & secundum dicta n. 25. Sedes vacans, delegare, cum sit Ordinaria, Less. in Aucar. V. Absolutio, casu 10.

136. §. 10. Inter subditos, quos ita absolvere potest Episcopus habentur vagi, quia possunt se quoad hoc subdicere, uti & illi fiunt subditi, qui animo per majorem anni partem permanenti acquisiverunt quasi domicilium, uti ex consuetudine Ecclesiæ & benignâ interpretatione mentis Pontificiæ colligunt *Suar. Bon. Sanch. Garz. Barb. Dicast. n. 90. & iterum 463.* Quod si tamen peregrinetur aliquis vel transeunter sit in aliena diocesi, adhuc potest absolvi ab Episcopo hujus loci, si censura erat lata à Jure vel ab homine generaliter, neque fuerit reservata: si tamen esset lata ab homine nominatim, non posset, nisi ab eo non posset adiri proprius Episcopus, ita cum aliis *Dicast. n. 464.* Ab irregularitate non potest hos absolvere, uti dicitur postea.

137. §. 11. Nuntius Apostolicus non potest absolvere censuratos ab inferioribus prælatis, nisi causa per appellationem sit ad ipsum delata, ut cum aliis tradit *Castrop. d. 1. pu. 11. §. 4. n. 7.* que Archi-Episcopus potest absolvere à censuris subditos Episcoporum inferiorum, nisi actus fuerit, aut censurati appellent ad Archi-Episcopum, aut inferiores Episcopi malitiosè negent absolutionem suis subditis, *Sanch. Barb. Castrop. Sayr. Pignat. t. 8. c. 128. Dicast. d. 3. n. 77. & iterum à n. 444.* Quod si Abbas vel alius inferior

Episcopo ferat censuram in diœcesanum Episcopo-
 etiam Abbati subditum, *Decius, Covarr. & alii*
 dicunt similiter Episcopum non posse absolvere,
 contra *Henriq. & alii cum Dicast. n. 451.* dicunt
 debere quidem requirere censurantem, ut ejus
 auctoritatem seruet, absolutè tamen posse ab-
 solvere, quia nullo Jure sunt exempti à potesta-
 te Episcopi, ut in multis eximuntur subditi Epi-
 scoporum inferiorum à potestate Archi-Episco-
 pi. Consuetudo tamen habet in aliquibus locis,
 teste *Castrop. n. 6.* ut Episcopi non possint relaxa-
 re censuras ab Archi-Diaconis latis.

§. 12. Religiosos non exemptos absolvere 138.
 possunt à censura soli Episcopi, *Dicast. n. 560.*
 Exemptos absolvere non possunt nisi consen-
 tientibus Prælati, *Dicast. n. 91. & iterum 135.*
 Similiter quamvis in Bulla cœnæ negetur om-
 nibus etiam Episcopis potestas absolvendi à cen-
 suris in ea Bulla positis, attamen non ideo dero-
 gatur facultati Episcopis data à *Trid.*, ut absol-
 vere possint ab occultis, & quando Papa adiri
 non potest, quia lex posterior non censetur dero-
 gare statuto alicujus Concilii, nisi expressam de
 eo faciat mentionem, ita cum aliis *Dicast. d. 3. à*
n. 130. contra plurimos alios. In casu autem ne-
 cessitatis, quando adiri non potest nec Papa, nec
 Nuntius Apostolicus, nec Episcopus, absolvere
 posse Parochum putant *Henriq. & Dicast. n. 203.*

§. 13. Episcopus non obstante *Trid.* potest 139.
 absolvere subditum suum extra diœcesin suam
 existentem, item potest ipse extra diœcesin exi-
 stens absolvere subditum in diœcesi existentem,
 hæc enim absolutio est actus jurisdictionis vo-
 luntariæ & non contentiosæ, ita cum aliis *Dicast.*
d. 3. n. 125.

Bbb 5

§. 14.

r.
ii
ix

III

140. §. 14. Si Titius diœcesanus Colonienſis in diœceſi Trevirenſi exiſtens inciderit in cenſuram à Jure vel ab homine latam generaliter, & non reſervatam, poteſt abſolvi ab hoc Epifcopo Colonienſi: ſi autem in diœceſi Trevirenſi lata fuiſſet ab homine nominatim in Titium, Titius huc reverſus non poſſet ab hoc Epifcopo abſolvi, ſed à ſolo cenſurante vel alio de ejus licentia, ita cum aliis *Dicaſt. diſp. 3. n. 460.* Quòd ſi Titius Colonia civis fuiſſet hìc per ſententiam generalem cenſuratus, & deſerto hìc domicilio aliud acquireret Treviris, poſſet abſolvi à Trevirenſi, quamvis cenſura Colonia reſervata eſſet Epifcopo: è contrà ſi Colonia cenſuratus fuiſſet per ſententiam particularem huic Epifcopo reſervatam, deberet à Colonienſi abſolvi, quia cum cauſa ſit incepta Colonia, ad hunc eſt conſummatio, *Suar. Cõn. Laym. Delb. c. 11. dub. 6.*

141. §. 15. Potestas abſolvendi à cenſuris, v. occultis, aut quando Papa adiri non poteſt, quæ à *Trid. n. 135.* relato datur Epifcopis, ſecundum *Suar. Bonac.* & alios non cenſetur data Abbatibus & aliis habentibus jurisdictionem Epifcopalem, quia hæc ſpecialiter conceditur Epifcopis, quorum etiam induſtria ad hoc videtur eligi. E contra *Sanch.* & alii cum *Dicaſt. d. 3. à n. 63.* dicunt etiam extendi ad illos, etiam pro hæreſi, quia eſt aliquod attributum jurisdictioni Epifcopali, quam etiam habent ejuſmodi Abbates & Prælati: quamvis autem *Rodrig.* dicat hanc poteſtatem ex vi *Trid.* cenſeri datam Superioribus regularibus, eò quòd etiam hi reſpectu ſuorum ſubditorum habeant poteſtatem quaſi Epifcopalem, uti cum aliis multis docet *Sanch. l. 8. de Mat.*

n. 9. tamen probabilius est oppositum cum
 Dicast. n. 71. quia videtur iis tantum concedi, qui
 habent dicecesin, cum *Trid.* dicat, *in dicecesi sua,*
 Superiores autem regulares non habent dicece-
 ses, & ita declaravit *Congreg. Cardin.* apud *Bar-*
lof. De officio Episcopi p. 2. alleg. 39. n. 18. Pu-
 tant tamen ipsi cum *Dicast.* n. 72. habere illam
 potestatem ex vi alicujus Brevis dati à *Pio V.* sed
 id latè confutat *Mendo,* diff. 1. q. 4. Non posse
 autem absolvere sæculares ab excommunicatione
 ob hæresin occultam constat ex prop. 4. ab
Alex. VII. damnata, quæ sic habet: *Praelati reli-*
giosi possunt in foro conscientia absolvere quoscunque sæ-
culares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione pro-
pterea incurfa.

§. 16. In *Comp. privil. V. Absolutio,* §. 1. re- 142.
 fertur *Paulum III.* per Bullam dedisse Societati
JESU facultatem absolvendi à quibuscunque
 peccatis etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à
 quibuscunque sententiis, censuris & pœnis ec-
 clesiasticis ex illis resultantibus, iis exceptis, quæ
 in Bulla cœnæ continentur: Et in fine additur:
Hec facultas communicatur omnibus Confessariis à Su-
perioribus deputatis, & ab Ordinario loci juxta formam
Conc. Trid. sess. 23. c. 15. De reform. approbatis, præter-
quam respectu excommunicatorum generaliter ab homi-
ne, quos Superiores tantum, & ii, qui ab eis specialem
licentiam obtinuerint, poterunt absolvere: excommuni-
catos autem nominatim ab homine, & illos Regulares,
qui licentiam non habuerint extra suum Ordinem confi-
renti, ne Superiores quidem absolvent. Admoneantur
autem penitentes absolutionem à censuris, quam à No-
stris obtinuerint, nihil sibi prodesse in foro externo.

§. 17. Si quis Romam ire non possit pro pe- 143.
 tenda absolutione à censura Pontifici reservata,
 possit

r.
 ii
 ix
 III

possit tamen commodè eò scribere vel absolutionem per procuratorem aut Confessarium obtinere, *Henriq. & Dicast.* d. 3. n. 57. dicunt non esse obligationem ad scribendum vel ad petendum per alium, sed in eo casu posse Episcopum absolvere, ut in simili casu potest absolvere à peccato reservato, secundum dicta l. 6. p. 1. n. 1697. & cum *Sanch. & aliis* docet *Castrop.* tr. 4. d. 4. pu. 3. §. 5. n. 7. quia mens censurantis vel reservantis videtur esse, ut delinquens, si possit, ipsemet adeat & seipsum personaliter sistat, alioquin censetur esse impotens adire, neque enim videtur obligare ad periculum manifestandi suum delictum alteri, quod periculum est in scriptione, quæ ex natura sua est aliquid publicum. E contra tamen *Bonac.* dicit teneri per literas vel per procuratorem vel Confessarium petere, hoc enim medium est ordinarium & facile, imò minus difficile, quam si personaliter adire deberet, atque ita etiam habet praxis, ut fiat, certumque est ita fieri in impedimentis Matrimonii, ergo & in censuris, nisi alia ratio excuset: neque est periculum manifestandi delictum, quia vel jam notorium est, vel taceri potest persona substituto alio nomine. Quod si Papa adiri non posset, nec de se posset absolvere Episcopus, attamen in his partibus adesset Nuntius Apostolicus potens absolvere, secundum dicta l. 6. p. 2. n. 1624. hic deberet adiri, *Sanch. Aversa, Dicast.* n. 59. contra *Henriq. & Avilan.* Notant autem *Bonac. & Pignat.* tom. 1. conf. 98. quando aliquis dicitur debere saltem alium mittere, vel per alium se sistere Romæ pro absolutione obtinenda, satis esse, si alteri Romæ existenti demandet, ut nomine suo se sistat vel absolutionem petat.

- §. 18. Si delictum fit in uno loco notorium, 144.
 eodem modo non fit deductum ad forum contentio-
 sum, vel quando deductum fuit, si probari
 non potuerit, tenent multi posse veluti occul-
 tum absolvi in alio loco, ubi in ratione delicti
 saltem non est notorium, nec putatur notitia eò
 brevi ventura, quia quamvis simpliciter dici
 possit notorium, & notitia ad alia loca absolu-
 te deferri possit, uti argumentantur *Suar. & Cas-
 trop.* d. 6. p. 7. n. 13. tamen si putetur eò non
 deferenda brevi, verè & simpliciter dicitur oc-
 cultum hoc loco, ergo hoc loco absolvi potest
 ab Episcopo, *Sanch. Avila, Dicast.* d. 3. n. 96. 106.
 107. V. dicenda n. 187. Attamen etiam vide di-
 cta l. 6. p. 3. n. 951. Quandonam autem ali-
 quod delictum censerì debeat occultum vel
 publicum aut deductum ad forum contentio-
 sum, dixi l. 6. p. 2. à n. 1656. & p. 3. à n. 869.
- §. 19. Si duo idem delictum commiserint, 145.
 & unus tantum vocetur ad iudicium, delictum
 respectu alterius censeretur non esse deductum ad
 forum contentiosum, unde absolvi potest ab E-
 piscopo, ita cum aliis *Dicast.* n. 109.
- §. 20. Si delictum jam in foro contentioso fit 146.
 probatum & punitum, *Suar. Gutt. Bon. Barb. &
 alii* dicunt censuram reservatam, illi delicto
 annexam non posse tolli ab Episcopo, quia quod
 in foro est probatum, censeretur publicum, &
 idem in simili de irregularitate docet *Castrop.* d.
 6. pu. 7. n. 13. sed *Sanch.* aliique cum *Dicast.* n.
 112. dicunt posse tolli, quia quamvis delictum
 jam non tantum fit adductum ad forum con-
 tentiosum sed etiam publicum, tamen cessat
 causa reservationis, quæ fuit, ut in delictis
 publicis & deductis ad forum contentiosum ex
 præ-

1.
ii
ix
iiii

prætextu absolutionis Episcopalis non impedi-
retur satisfactio publica, ergo si hæc præcesserit,
reservatio censuræ cessat.

147. §. 21. Probabile est cum *Sanch. & Dicast. n. 82.*
quod Episcopus possit etiam Vicario suo com-
mittere absolutionem excommunicationis ob
hæresin contractæ, *Trident.* enim dicens Episco-
pis & non eorum Vicariis hoc esse permissum,
sic intelligi potest, quod Vicariis non sit com-
mittenda potestas generalis ad omnes casus oc-
currentes, bene tamen specialis & ad casus par-
ticulares, quoties occurrunt.

148. §. 22. Quamvis in censura addatur, quod
nemo præter Papam possit ab ea absolvere, nisi
in articulo mortis, tamen probabilius est contra
Silvestrum adhuc posse absolvere Episcopum in
casibus, quibus non potest adiri Papa, qui ces-
setur id prohibere pro casu, quo ipse potest ab-
solvitur, ita cum aliis *Dicast. n. 60.* Notatque etiam
Sperell. decis. 115. si Papa sciens aliquem esse
censuratum conferat ei Ordinem vel Béné-
ficiam, censi absolvere vel cum eo dispensare
non item Episcopum, si nullam causæ cogniti-
onem præmiserit, quia Papa potest, Episcopus
non potest absolvere vel dispensare, si non præ-
mittat causæ cognitionem.

149. §. 23. Si eadem censura sit Papæ & Episcopi
reservata, sublatâ per Jubilæum reservatio
Papæ, etiam tollitur reservatio Episcopi, ut
dixi l. 6. p. 2. n. 1451. talis enim est consuetudo
& sensus communis fidelium. Putant etiam
aliique cum *Dicast. d. 3. n. 233.* quando cum
Papa concedit facultatem absolvendi ab omni-
bus peccatis & censuris reservatis etiam
Apostolicæ, vi illius posse etiam absolvi reser-

Episcopo; quia per Tò *etiam*, videtur significare Papa se comprehendere velle omnes alias ab inferioribus latus: sed oppositum est tenendum, secundum dicta l. 6. p. 2. n. 1628.

§. 24. Papam mortuo nemo potest absolvere à 150. censura Papæ reservata, nisi Congregatio Cardinalium, vel cui Papa antè, vel Congregatio nunc commiserit: mortuo autem Episcopo absolvere potest à censura Episcopo reservata Capitulum, seu Capituli Vicarius, vel cui hi vel Episcopus commiserit, *Dicast. n. 41. 42. & 51.*

§. 25. Si quis in Sacramento Pœnitentiæ defectu doloris v. g. invalido absolutus sit à censura, hæc absolutio est valida, potest enim conferri sine absoluteione à peccato, neque opus est fieri in confessione, *Dicast. d. 3. n. 302.* addens tamen n. 418. si potestas absolvendi à censuris sit commissa ex intentione, ut peccator prius absolva- tur à peccatis, uti fit in Jubilæis, non fore absolutum à censura, nisi prius fuerit deletum peccatum, intendit enim Papa, ut obtineant remissionem peccatorum, & sic obtineant Indulgentias.

§. 26. Si absolutio sit obtenta ex falsa causa, 152. *Glossa & S. Antoninus* absolute dicunt esse nullam, quia mens absolventis erat tollere censuram, si causa subsisteret: validam esse dicunt *Covarr. &* alii quamvis causa fuerit in se falsa, dummodo sit juridicè probata tanquam vera, tum enim in foro externo habetur pro vera: *Garz. &* alii dicunt esse validam, si ab Episcopo vel alio inferiori obtineretur, non autem si à Papa vel ejus delegato: *S. Thom. &* alii cum *Dicast. n. 514.* probabilius dicunt tum tantum fore validam, si absolvens intendat absolvere non obstante falsâ cau-

r.
ii
ix
iiii

causâ, ita ut adhuc absolveret, quamvis falsam esse sciret, quod tamen præsumi non debet, *Cap. strop. d. 1. pu. n. §. 3. n. 8. Krimer n. 1846.*

153. §. 27. Absolutio extorta metu gravi iniustus eum in finem incusso, est invalida, *Cap. un. De iis, quæ vi, in 6. Krim. n. 1848.*

154. §. 28. Absolutus in foro interno à censura, si non fuerit nominatim excommunicatus, non tenetur se gerere tanquam censuratum, præsertim si constet ita esse absolutum, quia illa absolutio valet ad omnia præterquam in iudicio, ubi illis movetur, *Less. in Auct. v. Absolutio, cas. 8. Krim. supra.*

155.

DUBIUM VI.

Quomodo danda sit absolutio à censura.

Resp. Id statuendum esse ex natura, tum censure, tum cuiusvis absolutionis: Ex qua circa absolvendi modum resolves,

I. Ex natura rei non requiruntur certa verba, sed sufficiunt ea signa, quibus apertè significetur absolutio impendi: In foro tamen externo communiter servanda est forma cuiusque Episcopatus. In foro autem conscientie hæc ferè est in usu: *Ego te absolvo à vinculo, v. g. excommunicationis, suspensionis, &c. quam incurristi propter NN. (talem causam) & (si sit excommunicatus) restituo te Sacramentis Ecclesie & communioni fidelium, aut (si sit suspensus) executioni tuorum Ordinum, vel officiorum, vel Beneficiorum, in nomine Patris &c.* In publica autem ac solenni absolutione præmittitur Psalmus Miserere, & ad singulos versus poenitentis humeri denudati leviter percutiuntur, (nisi ex justa causa talis ceremonia videatur omittenda, præsertim in foemina)

unt adjectis precibus absoluitur & in eccle-
siam introducitur. Idem modus ferè servatur
in absolute mortuorum, nisi quòd sepul-
chrum virga percutiatur. *V. Rituale Romanum.*

II. Absolvi à censura potest absens, imò & in-
vitus, etsi hoc communiter non liceat, ne cen-
sura contemnatur. Ratio, quia sicut pœna in
absentem & invitum potest statui, sic & aufer-
ri. *Dian. p. 5. tr. 9. R. 10.*

III. Is, qui pluribus censuris est astrictus, po-
test absolvi ab una, relictis aliis, quia inter eas
non est necessaria connexio: Unde si dicatur,
absolvo te ab omni vinculo &c. valet pro om-
nibus; idèoque si sic absolutus in Jubilæo for-
te omisisset invincibiliter peccatum habens an-
team censuram, id est, excommunicationem,
posset is postea ab eo peccato per quemvis ap-
probatur absolvi, cum non sit amplius refer-
vatum, eò quòd censura, ratione cujus tantum
erat reservatum, sit sublata.

IV. Absolutio vi aut metu gravi injustè in-
cussa extorta non valet; imò novam excommu-
nicationem incurrit, qui metum incutit.

V. Absolutio data ab Ordinario, non præsti-
tâ satisfactione, etsi sit illicita, valida tamen est,
imò etiam data à delegato, modò non delege-
tur cum conditione satisfactionis: quæ si im-
possibilis sit, sufficit præstare cautionem, aut
juramentum de satisfaciendo, cum poterit.

VI. Dari potest absolutio sub conditione de
futuro contingenti, cum sit actus jurisdictionis
externæ, qui conditionatus esse potest. Com-
muniter tamen non expedit sic absolvi: si enim
reus absolutionem meretur, non debet apponi
conditio; si non meretur, non debet absolvi.

II
II
IX
IIII

» VII. Potest etiam dari absolutio ad reinci-
» dentiam, id est, pro certo actu & tempore, quo
» transacto reincidat: item sub certo onere, quo
» non impleto, censura reviviscat.

» VIII. Probabilius est, eum, qui habet pote-
» statem absolvendi in foro conscientiae à censu-
» ra, posse id facere etiam extra confessionem, ut
» contra Nav. Suar. & alios docet Sanchez l. 8. D.
» Mat. d. 16. Kon. Dian. &c.

ADDENDA.

156. **Q**uest. 18. *Quid praeterea sit notandum circa
praxin ac modum absolvendi à censuris.* R. §. 1.
Modus absolvendi à censuris habetur in Ponti-
ficali Romano, & praescribitur Cap. 28. De sen-
excomm. de quo & de obligatione illum servandi
ad longum habet *Chapeville* De cas. reserv. p. 1.
c. 10. Praxis pro foro externo, praeter illa, quae
habet *Busenb.* communiter est haec: Absolvendi
induitur superpelliceo & stolâ violaceâ: Reus
petit absolutionem, promittens se mandatis Ec-
clesiae obtemperaturum: Si censura sit contracta
cum alterius detrimento, praestatur satisfactio.
Reus caeditur virgâ, fune aut flagello. Veniam
erit omittere hos ritus, nisi excuset urgens cau-
sa vel contraria consuetudo. In absolutione, sub
tem privata, non est opus exprimere causam, quo-
quam incurâ est, quamvis expediat exprimi
Krim. n. 1844.

157. §. 2. Quamvis absolutio sacramentalis dari
non possit sub conditione de futuro aut ad reinci-
dentiam, potest tamen sic dari absolutio à cen-
sura, uti habet communis cum *Castrop. d. 1. p. 1.*
§. 2. n. 2. contra *S. Anton. Silv. & alios*, quia Sa-
cramen-
tali
noluerit
nem Mi-
profertur
ntio per
erit volu-
go si abs-
quando
tantum
bit, ita
n. 153
§. 3.
Prax. te-
me est a
conditio
praestita
tem & a
reincide-
tatem o-
§. De R.
Contra S.
delegata
di, quia
stucenda
delegant
Quando
va culpa
tum tem-
ad testan-
piendum
absolvitu
postea po-
tra culpa
& *Krim. n.*
sub poena

tramentum poenitentiae sic instituit Christus, ut
voluerit ejus effectum suspendi per intentio-
nem Ministri, sed voluerit tum valere, quando
profertur forma, censura autem ejusque abso-
lutio pendet à voluntate humana, ergo qualis
erit voluntas absolventis, talis erit absolutio, er-
go si absolvens velit, ut tum tantum valeat,
quando posita erit conditio, aut ut pro certo
tantum tempore valeat, sic, & non aliter vale-
bit, ita cum aliis *Dicast. d. 3. à num. 677. Krim.*
n. 1833.

§. 3. Circa absolutionem ad reincidentiam, 158.
Privat. tom. 2. conf. 60. notat seqq. 1. tum maxi-
me est absolutio ad reincidentiam, si detur eâ
conditione, ut re aliquâ per novam culpam non
præstitâ absolutus reincidat in censuram simi-
lem & æquivalenter eandem. 2. Absolvere ad
reincidentiam possunt omnes, qui habent pote-
statem ordinariam absolvendi, Cap. Cui licet,
De Reg. Jur. in 6. Communior autem habet
contra Suar. & alios multos, id non posse eos, qui
delegatam tantum habent potestatem absolvendi,
quia carent jurisdictione ad censuram repro-
ducendam, attamen in multis casibus à Jure vel
delegante expressis debent sic absolvere. 3.
Quandoque etiam fit ad reincidentiam sine no-
va culpa, uti si quis absolvatur tantum ad cer-
tum tempus vel ad certum actum, v.g. in ordine
ad testandum, ad lucrandum Jubilæum, ad reci-
piendum Beneficium sibi collatum, tum enim
absolvitur ad cautelam & non absolutè, hinc
postea post actus illos peractos reincidit sine no-
va culpa vel sententia, uti etiam docent Castrop.
& Krim. n. 1843. Præterea, si quis sit absolutus
sub poena reincidentiæ, si intra tres dies hoc vel

Ccc 2

illud

1.
ii
ix
iiii

illud non faciat, & intra tres dies id facere non possit, probabilis videtur cum *Laym. Castrop. de Krim. n. 1841.* non reincidere in censuram, sed tem pro foro conscientiae, quia mens absolventis erat, *Si posset*, alioquin conditio fuisset irrationabilis: & sicuti secundum dicta n. 92. impotentia excusat ab incurso censuræ, ita & à reincidencia.

159. §. 4. Docet *Viva* ad prop. 44. ab *Alexand. VII.* damnatam n. 8. quamvis censuræ latae addita clausula, *donec resipiscas*, posita resipiscentiæ adhuc opus esse absolutione, quia etiam reatus culpæ peccati cadit super peccatum, donec peccator resipiscat, & tamen quamvis per perfectam etiam contritionem resipisceret, indiget absolutione. *Nec obstat*, quòd censura sit medicina, quæ cessat sublato morbo, *nam* censura est medicina & pœna, unde quamvis ut medicina cesset sublato morbo, non tamen semper ut pœna, ut colligitur ex dictis num. 127. Fatendum tamen est cum *Nav.* & aliis ex mente censurantis potest fieri, ut quando dicitur, v. g. *Sis suspensus, donec restituas*, hoc ipso concedatur absolutio, si potest posita sit restitutio, uti fatetur *Viva* n. 10.

160. §. 5. Quando aliquis à dubia censura simpliciter est absolutus, non est opus, ut postea iterum absolvatur, quamvis comperiat fuisse certam, quia licet Christus velit, ut peccatum dimittatur, quando comperitur ut certum, iterum absolvatur, secundum dicta l. 6. p. 2. n. 615. tamen benignitas Ecclesiæ id non requirit censuras, *Schildere*, tr. 6. c. 5. §. 2. n. 47. *Krim. n. 1839.*

161. §. 6. Absolutionem à censuris posse dari etiam mino absentem, docent *Suar. Laym. Bonac. Long.*

Prob. Gob. tr. 7. n. 286. Spor. Depœnit. num. 617.
Belleg. De Jubil. l. 11. q. 1. Imò absolutionem
à censura fieri posse pro foro interno extra con-
fessionem, etiam si Bulla habeat, auditis confes-
sionibus, docent Sanch. De Matr. l. 8. d. 34. Cón. Trull.
Bardi, Avila, & alii cum Diana, p. 1. t. 11. R. 250.
quia verba, auditis confessionibus videntur signifi-
care, auditis peccatis, ob quæ inducta est, nam ab-
solutio à censuris nullam habet connexionem
cum absolutione sacramentali: quod Belleg. su-
prà extendit etiam ad illum, cui nec soles nec
cogitas confiteri: sed probabilius contradicunt
Nov. Suar. Vasq. Fill. Viva, De Jubilæo, q. 10. a. 3.
quia quando hoc additur, per absolutionem à
censuris intenditur eodem tempore absolutio à
peccatis. Imò docet cum aliis Pignat. tom. 1.
conf. 20. quamvis dispensatio & absolutio à cen-
suris pro foro externo dari possit absenti aut eti-
am invito, tamen in cõmissionibus S. Pœnitentia-
rie non posse absenti dari absolutionem, si adda-
tur, pro foro conscientie, & ideo saepe addere in actu
sacramentalis confessionis.

§. 7. Qui à censura est absolutus in foro con- 162.
 scientie tantum, si ejus crimen deferatur ad Ju-
 dicem, non indiget novâ absolutione, prior
 enim fuit valida, quamvis non prodesset pro fo-
 ro externo: unde si excommunicatus fuisset, pos-
 set occultè communicare cum iis, qui scirent
 ipsum sic absolutum esse, tum enim cessaret scan-
 dalum, *Dicast. d. 3. dub. 35.* Attamen posset Ju-
 dex adhuc contra talem procedere, donec etiam
 in foro externo absolutionem obtineret: hinc
Pignat. tom. 2. conf. 59. n. 62. refert hanc decla-
 rationem S. Congreg. *Non prohibetur Episcopus vel*
alius Superior affigere cedulones & punire excommuni-

r.
 ii
 ix
 rrr

catum, licet fuerit in foro conscientie absolutus, vel cum Brevi S. Penitentiarie, vel cum Bulla Cruciate aut Jubilici, vel in vim Cap. Liceat, sess. 24. conc. Trid. vel alio quocunque modo, quia isti duo fori sunt separati, & actum in uno non adfert præjudicium in altero. Propter tamen Judex ecclesiasticus absolutionem in foro conscientie datam etiam pro foro exteriori ratam habere, nisi hoc redundet in præjudicium partis.

263. §. 8. Pignat. supra n. 46. refert hanc S. Congregationis declarationem: Absolutio excommunicatorum pro delicto non valde gravi privatim dari debet.

264. Q. 19. Quenam sint præmittenda absolutioni a censuris. R. §. 1. Absolutioni à censuris ob horrenda & gravissima crimina incurris præmitti debet juramentum de obediendo mandatis Ecclesie, id est, de cavendo hoc crimine, ob quod incurrerat hanc censuram, uti explicant Suar. Sanch. Dicast. d. 3. à n. 263. iterumque n. 715. 716.

265. §. 2. Si quis in casu necessitatis absolvat a censura qualicunque reservata, obligari debet sub juramento ad comparendum coram Superiore, quamprimum commodè poterit, uti et Jure cum communi probat Dicast. à n. 266. Quod si absolvens ex ignorantia vel malitia non petat hoc juramentum, alter manet absolutus, sed simul retinet onus comparendi, hæc enim obligatio non oritur ex voluntate absolventis, sed ex ipso Jure, quod ita præcipit fieri sub peccato reincidendi, Dicast. à n. 271. Putant autem Casp. Nav. Henriq. Dicast. n. 277. satis esse, si compareat per Procuratorem, sed probabilius contradicunt Ugol. Castrop. d. 1. p. 11. §. 2. n. 8. Krim. n. 184. quia Cap. Quod de his, 16. De sent. excomm. C. 1. mens III. expressè requirit, ut taliter absolutus compareat in persona, & videtur exigi præsentia per

personalis ad frangendam tantò magis contumaciam : Et si sufficeret comparere per Procuratorem, hoc ipsum ab initio poterat, ergo male fuisset absolutus ab alio : Unde debere se in persona sistere saltem percussorem Clerici, dedidit Jus apud *Dicast.* n. 278. Hæc tamen obligatio comparendi cessat, quando quis per Bullam vel Jubilæum absolvitur, tum enim absolvens habet à Papa potestatem absolvendi sine obligatione se sistendi Superiori, *Dicast.* n. 280.

§. 3. Si quis ab absolvendo sit læsus, ante absolutionem præstari debet satisfactio, uti jam explicabitur.

Q. 20. *Quid notandum sit circa hanc satisfactionem, 167. que præmitti debet.* R. De hac dixi aliqua l. 6. p. 2. an. 1453. & speciatim n. 1453. & 1456. dixi, quæ censeatur pars læsa : hic tamen pro majore explicatione adde seqq.

§. 1. Si facultas absolvendi sit delegata cum clausula, *satis factâ prius parte*, si pars sit læsa in pecunia, & adsit facultas nunc satisfaciendi, graviter peccaret Judex, si contentus esset promisso vel juramento postea satisfaciendi : satis tamen erit, si pecuniam restituendam dederit Confessorio vel alteri probo, vel campori, qui commodius restituat, tum enim censetur moraliter satisfecisse, *Dicast.* d. 3. n. 542. Putant autem *Bursens.* n. 5. & alii cum *Dicast.* n. 538. quamvis nulla præstetur satisfactio, validam fore absolutionem, quia clausula illa videtur esse tantum verbi monitio : E contra alii multi communiùs dicunt fore invalidam, quia facultas data est sub tali conditione & modo. Si autem pars sit læsa in honore vel simili bono spirituali, *Dicast.* n. 262. dicit satis esse, si juret se satisfacturum, cum

poterit: si tamen jam possit, etiam dicendum est debere prius satisfacere. Et quamvis effectus iudicis ordinarius, sub mortali tenetur facere, ut satisfactio præmittatur absolutioni à censura incursa ob læsionem, sic enim sæpe præscribitur Jura, *Dicast.* n. 699.

468. §. 2. Si jam non possit satisfacere, potest absolvi præstita cautione, dixi l. 6. p. 2. n. 1454. et autem postea, cum potest, non satisfaciat, præter citatos ibid. n. 1455. docent *Cordub. Saar. Ell. Hart.* quòd hoc ipso semper reincidat in eandem censuram, quia sub ea conditione absolvitur, ergo conditione non positâ non valet absolutio. E contrâ *Sor. Nav.* aliique cum *Dicast.* n. 381. probabilius dicunt non reincidere, nisi tum, quando absolvens potestatem habet absolvendi, et reincidentiam, qualem secundum dicta n. 381. habet solus ille, qui censuram potestate ordinariâ ferre potest, debetque tum etiam exprime se sic absolvere; unde si simpliciter absolvat præstitâ cautione & obligatione satisfaciendi, non ideo reincidet, si non satisfaciat, quia censura est absolutè sublata, neque redit, nisi de novo feratur, & ordinariè ob novam causam, alioquin non esset medicinalis sed purè vindicativa delicti præteriti, uti notat *Castrop.* d. 1. pu. 11. §. 2. 10. qui cum *Henriq. Cón. Avila.* dicit pro foro conscientie hoc ipso reincidere in novam similem censuram; Attamen pro foro externo putant *Abal. & Krim.* n. 1841. prærequiri declarationem conditionis culpabiliter non impletâ.

469. §. 3. Qui censuratus est ab uno Iudice, pro parte læsæ non satisfacit, quamvis pars læsæ condonet, probabilius est non ideo posse absolvi in alio inferiore, quia consensus partis læsæ non

E. VII.
20.

Th. n. o.
P. Clav. d.
La Croi.

Tom. 1.

Col.

potest inferiori dare jurisdictionem : probabile
tamen etiam est posse absolvi , quia mens prio-
ris Judicis videtur fuisse censurare & ligare se-
cundum voluntatem partis læsæ , uti in simili
dictum est n. 101, docetque etiam *Dicast.* n. 466.

§. 4. Si censura hoc modo sit lata : *sis excom-* 170.
municatus , donec satisfeceris , si satisfecit , *Vsq.* &
alii dicunt cessare censuram , quia ab initio vi-
debatur absolvi , si poneret satisfactionem , &
hoc ipsum pluribus probat *Covarr.* apud *Dicast.* d.
dub. 37. E contra tamen *Suar.* alique cum
Dicast. n. 548. iterumque n. 669. dicunt manere
ligatum censurâ , quia per solam absolutionem
tollitur , absolutio autem non datur , quando
fertur censura , sed postea prius est perenda , un-
de verba talia sic significant ; *sis excommunicatus* ,
& *non possis absolvi , donec satisfeceris* , atque hæc sen-
tentia videtur probabilior , estque conformior
dictis n. 159.

§. 5. Si absolvendus falsò dicat se satisfecisse 171.
parti læsæ , absolutio est invalida , *Cap. Ex parte* ,
De off. Ordin. Cap. Officii De sent. excomm. Si ta-
men absolvens posset & vellet absolutè absolve-
re , valeret , secundum dicta n. 159.

§. 6. Si pœnitens dubitet de obligatione sa- 172.
tisfaciendi , *Nav. Suar. Fill.* & alii dicunt pro foro
externo posse absolvi , quia in hoc censetur peti
satisfactio pro debito certo : pro foro tamen in-
terno , si certus sit se damnum intulisse , & dubi-
tet , an satisfecerit , tenetur prius satisfacere , quia
possessio est pro obligatione ; si autem dubitet ,
an damnum intulerit , potest absolvi , quia pos-
sessio est pro libertate , *Dicast.* d. 3. à n. 544. No-
tat tamen idem n. 694. debere habere proposi-
tum

tum satisfaciendi, si aliquando confiterit laesio-
nem esse factam.

173. Q. 21. An mortuus possit vel debeat absolvi à cen-
sura. R. S. 1. Cap. Anobis 28. De sent. excomm. di-
citur, quantumcunque se dictus vir juramento præstavit,
quod Ecclesie mandato pareret, humiliare curaverit,
quantumcunque poenitentiae signa præcesserint, quatenus
men morte præventus absolutionis non potuit beneficium
obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse creditur,
nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus,
potest tamen & debet beneficio ei Ecclesie subveniri, si
ut cum de ipsius viventis poenitentia per evidentia signa
constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium im-
pendatur. Idem habetur Cap. Sacris, 38. ibidem.

Obj. Ad absolvendum requiritur jurisdictionis
quam Ecclesia non habet in defunctos. R. Ab-
bas, Nav. Covarr. Sot. & alii dicunt in rigore non
esse directam absolutionem mortui, sed tantum
indirectam, in quantum permittitur à vivis
circa mortuum, fieri consuetos actus sepulturae
precum &c. Suar. & Dicast. d. 3. dub. 30. dicitur
mortuum censuratum aliquo modo adhuc sub-
jici Ecclesiae, imprimis quoad corpus, quod hodie
manet, & cui negat sepulturam: deinde etiam
quoad animam, quam privare potest suffragiorum
vivorum, prohibendo, ne pro illis offerantur.
hanc subjectionem putant sufficere.

174. S. 2. Eisdem verbis & modo absolvitur mor-
tuus, quo vivus: si tamen jam sit sepultus, si
est verberari sepulchrum: putat etiam Dicast. d. 3.
494. licet necdum sepultus sit, satis esse verberari
sarcophagum.
175. S. 3. Heredes tenentur saltem ex charitate
procurare absolutionem tali post signa poenitentiae
mortuo, ut sic fiat capax etiam suffragiorum
Ecclesiae, Dicast. à n. 490.

CAPUT II.

176.

De excommunicatione.

DUBIUM I.

Quid sit & quotuplex.

Resp. Excommunicatio est censura, per quam quis privatur communione Ecclesie. Estque duplex: Minor, quæ tantum privat usum passivo seu receptione Sacramentorum; & Major, quæ etiam dicitur anathema, ac in Jure ferè semper nomine excommunicationis intelligitur, privatque omni communione ecclesiastica, secundum dicenda. Per hanc Majorem excommunicatus rursus est duplex: Toleratus, quem fideles non tenentur vitare; Non toleratus, quem tenentur vitare. Et quidem post *Concilium Constantiense*, non tolerati sunt hi tantum, Notorius Clerici percussor, de quo *infra*. 2. Quis nominatim excommunicatus & specialiter ac publicè denuntiatus. Unde *resolves*,

I. In Germania Catholici securè communi-
cant cum iis, qui notoriè sunt hæretici & consequenter excommunicati, quia non sunt nominatim excommunicati ac publicè denuntiati.

II. Non teneris vitare eum, quem scis peccasse contra legem, per quam illi, etiam in particulari, sub pœna excommunicationis aliquid est vetitum vel præceptum, quia requiritur, ut per sententiam expressam & specialem, contra personam in particulari post peccatum commissum, censura sit publicata, v. g. ut Joannes sit denuntiatus excommunicatus, vel saltem exprimat personam, ut non liceat de ea dubitari.

bitare, v. g. excommunicamus talis loci Decanum, Prætozem.

III. Licet dicatur, Excommunicamus Petrum, v. g. incendiarium & ejus complices, scilicet Petrus vitandus est, non verò alii, etiam notorii, quia sententia quoad illos, est tantum generalis & non specialis contra certam personam.

IV. Non teneris vitare eum, qui privatim in conclavi est denunciatus, quia id non est factum publicè, ad hoc enim requiritur, ut sententia legatur vel affigatur aliquo loco celeberrimo, v. g. in templo tempore concionis vel alio pro more regionis.

A D D E N D A.

177. **Q**uest. 22. *Quenam excommunicatio intelligitur, si simpliciter dicatur, sub excommunicatione: Si quid, si dicatur, anathema. R. Per excommunicationem simpliciter, intelligitur major non minor, sic enim habetur Cap. Si quem, 59. de sent. excomm. & hoc ipsum consuetudo declarat, uti testantur plurimi cum Castrop. d. 2. p. n. 3. Dicast. d. 2. n. 23. Engel. l. 5. tit. 39. num. 1. Krim. 1855. Per anathema autem, quo notum utitur Trid. in Canonibus, intelligitur excommunicatio etiam major, sed simul significat major solennitas in ferendo, secundum dicitur num. 16.*

Obji. In pœnalibus & odiosis benigniora sequenda, ergo quando dicitur excommunicamus, intelligi debet minor & non major. R. Benigniora sunt sequenda, nisi leges & Canones expressè positum declarent, uti, secundum dicta, in

nostro casu : Unde etiam, quando Cap. 1. De ex-
 communicationibus in 6. dicitur, Si quis in iudicio excommu-
 nicationem opponat, illius speciem declarare debet, in-
 telligitur de majori, an nempe sit ex delicto hoc
 vel illo, ex violatione ecclesie, ex percussione
 Clerici &c.

Q. 23. Quid notandum sit circa eos, qui dicuntur 178.

notorie excommunicari, denunciati, vitandi. R. §. 1.

Notorium Juris improprie dicitur, quod Jus
 evidenter presumit ex conjecturis ab ipso Jure
 inductis. Notorium Juris proprie est, quod no-
 tum est, vel per sententiam Judicis, vel per con-
 fessionem Rei in iudicio, vel per testimonium depo-
 sitionem in iudicio. Notorium facti est, quod
 notum est per magnum numerum personarum,
 vel per majorem partem communitatis, qua
 factum evidenter novit: Et de his fuse disputat
 Pignat. tom. 10. consult. 115.

§. 2. Suar. & alii cum Dicast. d. 2. n. 425. pu- 179.

tant eum, qui v. g. percussit Clericum, esse no-
 torie excommunicatum, & consequenter vi-
 tandum illi, qui vidit eum percutientem quam-
 vis id necdum sit aliis hominibus notum, ad
 hoc enim ut vitetur, putant satis esse, si notorie
 alicui constiterit, quod percusserit: sed proba-
 bilius contradicunt Castrop. d. 2. p. 4. n. 7. Pignat.
 n. 49. & alii, quia Concilium Constantiense ait, salvo,
 si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum,
 sententiam latam a Canone adeo notorie constiterit in-
 currisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione
 velari, nec aliquo suffragio excusari, ergo videtur re-
 quirere, ut sit simpliciter notorium, quod in
 censuram istam inciderit, ergo debet multis ef-
 fectum notum, ita ut in iudicio negari non possit: Et
 cum hac interpretatio sit favorabilis animabus,
 prae-

r.
ii
ix
iiii

præferenda est alteri, quia lex illa poenalis ob-
ligans vitare & vitari, est potius restringenda.

180. §. 3. Ex his colligitur, quod ut ejusmodi
percussorem Clerici teneat vitare, non sufficit
esse notorium notoreitate Juris, sed requiritur
notoreitas facti. Nec sufficit tres aut quatuor vi-
disse, quia non ideo est simpliciter notorium de
publicum, *Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 4. n. 2.* Quod
autem dicendum sit, si sit notorium in uno loco
& non alio, colligitur ex dictis n. 44.

181. §. 4. Quamvis factum percussoris Clerici
sit notorium, si tamen accedat dubium Juris,
non est obligatio vitandi percussorem, v. g. si
quis in publico foro coram multis percussit, sed
allegat, se ideo non incurrisse excommunicatio-
nem, quia dicit se fecisse vim vi repellendo, ta-
lis non est vitandus, *Suar. Fill. Avila, Dicast. n. 44.*
Pignat. tom. 4. conf. 133. inferens regulariter re-
quiri, ut talis percussor per Judicem denuncie-
tur, quia aliàs poterit aliquâ tergiversatione
excusatione celari.

182. §. 5. Si fama publica esset, *Cap. Cum de fidei*
De sent. excomm. dicitur percussorem Clerici
esse vitandum: intellige, si fama orta sit à
dignis & faciat moralem certitudinem, tunc
enim sufficit ad notoreitatem facti, uti notat
Castrop n. 8. Putant tamen *Avila & Dicast. n. 44.*
non sufficere famam, quod percusserit, sed re-
quiri famam, quod publicè percusserit. Imò po-
tant etiam probabiliter *Suar. Mol. Dicast. à n. 44.*
non sufficere publicam infamiam, quando haec
non procedit ex evidentia facti per testes ocula-
tos, quia aliàs non dicitur notorium, sed famo-
sum. Addit *Dicast. n. 427.* si quid fiat in domo
privata coram septem, non esse notorium, si no-

fiat in foro, cenferi notorium, & fi fiat in conventu Religioforum, non ideo esse simpliciter notorium: sed de his satis dixi l. 3. p. 2. n. 1190. in. 1219. l. 4. n. 786. l. 6. p. 3. à n. 869. possuntque de omni genere notorii adhuc plura videri apud Pignat. tom. 10. conf. 115. & 120.

§. 6. Quamvis aliquis fuerit per sententiam 183. damnatus & publicè denunciatus de crimine, cui notoriè est annexa excommunicatio, uti de heresi, tamen Nav. & alii cum Dicast. d. 2. n. 393. dicunt hoc non sufficere, ut sit vitandus, sed requiri denunciationem de ipsa excommunicatione, quia debet esse denunciatus non tantum criminofus sed excommunicatus, per hoc autem, quòd denunciatur crimen, non ideo denunciatur excommunicatio, potuiffet enim illam ignorasse, & sic non incurrisse, aut saltem aliqui possent nescire excommunicationem esse annexam: Imò *Cón. Regin. Sanch.* in Decal. l. 2. c. n. 4. & *Dian.* p. 5. tr. 9. R. 62. putant non sufficere, quòd declaretur commississe tale crimen, & omnes pœnas illi annexas incurrisse, per hoc enim necdum dici potest esse denunciatus excommunicatus, cum de excommunicatione non fiat mentio: è contra *Suar. Henriq. Avila* & alii dicunt satis esse, quòd denunciatus sit tale crimen commississe, quando enim excommunicatio certò indubitanter est annexa, qui declarat crimen esse commissum, æquivalenter declarat excommunicationem esse contractam. Utraque sententia est probabilis.

§. 7. Quamvis non teneamur vitare excom- 184. munitatum non denunciatarum, possumus tamen etiam publicè vitare, qui publicè scitur esse excommunicatus, nulla enim ei fit injuria, ita
Avila

r.
ii
X
M

Avila & Dicast. n. 395. & iterum n. 418. In Germania tamen & quibusdam aliis locis repelluntur non possunt hæretici à contractibus publicis & similibus, uti rectè Laym. & Dicast. supra, nam consuetudo vel tacita saltè fœdera jus dederunt.

185. §. 8. Ut aliquis sit vitandus, non est factum quòd excommunicatio sit publicata, id est, nota, ut omnes sciant vel scire possint eam esse latam, sed requiritur, ut auctoritate Judicis notificata in loco à populo frequentato, aut in loco publico affixa, unde in omnium notitiam facile venire possit, *Suar. Guzt. Henriq. aliique cum Dicast. n. 397. Non autem est denunciandus, nisi si priùs citeatur & audiatur secundùm dicta.*

186. §. 9. De quo dubium est, an sit denunciandus non necessariò debet vitari, quamvis sciatur esse excommunicatus, quia ex utraque parte est possessio pro libertate communicandi inter se, cum aliis *Dicast. n. 403. & 597. excipe, ubi est periculum scandali vel irritandi Sacramenta, tunc autem quis teneatur vitare, non est opus, ut se audièrit denunciationem, sed satis est, quod de ea constet ipsi per fide dignos, etiam per unum gravis omnino auctoritatis, vel per famam publicam, major enim in rebus moralibus non requiritur certitudo, Nav. aliique cum *Dicast. n. 405.**

187. §. 10. Denunciatum uno loco esse vitandum in omni loco docent *Henriq. Fill. aliique cum *nae. d. 2. q. 2. p. 6. quia Conc. Constant. vult omnes denunciatos vitari, sine restrictione ad locum. Alii apud Steph. à S. Paulo tr. 5. d. 5. n. 266. dicunt in loco, ubi non est denunciatus, esse vitandum in occulto, sed non in publico, quia vitandus retinere jus ad famam in publico; & confertur**

Dicast. n. 411. E. contrà Sanch. Avil. Castrop. d. 2 p. 4. n. 9. Burgh. cent. 1. cas. 14. absolutè dicunt non esse altero loco vitandum, quia ubi hæc denunciatio non est notoria, ipse non est ibi excommunicatus publicus & denunciatus, ergo non est ibi vitandus. V. dicta n. 144.

§. 11. Postquam quis semel scitur esse denunciatus, semper est vitandus, donec vel per famam publicam vel per testimonium fide dignum probabiliter credatur jam esse absolutus, uti habetur Cap. Sicut, 39. De sent. excomm. potestque ipsimet excommunicato adhiberi fides, si alias est fide dignus & bonæ conscientiæ, ac dicat se absolutum, aut exercitè se gerat tanquam non excommunicatum, Nav. Henriq. Avila, Dicast. n. 406.

DUBIUM II.

189.

Ob quam causam incurratur, & quem effectum habeat excommunicatio minor.

Resp. Incurritur ob unicam tantum causam, si quis nimirum cum excommunicato maiore excommunicatione communicet iis casibus, quibus non licet. Effectus ejus est, privatio Sacramentorum perceptionis. V. Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 3. Unde resolves,

I. Cum Jura dicunt, communicantem cum excommunicato incurrere similem excommunicationem, sensus est, quod similiter, id est, verè excommunicetur, licet minore.

II. Propter communicationem cum excommunicato minore excommunicatione, etiam nominatim denunciato, nulla incurritur censura.

III. Et si excommunicatus minore excommunicatione

Tom. VIII.

D d d

muni-

r.
ij
ix
iiii

»municatione, recipiendo aliquod Sacramen-
 »tum non incurrat irregularitatem, graviter ta-
 »men peccat: administrando verò, probabile
 »est nec venialiter peccare.

» IV. Incurritur hæc censura, etsi quis propter
 »levitatem materiae tantum venialiter peccet, v-
 »g. confabulando nominatim excommunicato,
 »quando non licet; secus, si sit veniale propter
 »imperfectum usum rationis, quia poena inrigi-
 »tur propter actum, qui quantum est ex se, sumit
 »cit ad mortale.

» V. Etsi peccatum veniale possit omitti in con-
 »fessione, non tamen illud, cui hæc censura est
 »annexa, ne Sacramentum in ea recipiatur: U-
 »de etiam Confessarii ordinariè prius absolvunt
 »fideles ab omni vinculo excommunicationis,
 »etiam minoris, deinde à peccatis.

» VI. Ab hac excommunicatione lata à Jus-
 »absolvere potest Parochus, & quisquis potest
 »mortalibus, cum non sit reservata. An vero
 »potest absolvere à veniali habente annexam
 »hanc excommunicationem, possit etiam
 »ipsa, quidam affirmant, ut Nav. & Tol. alii
 »babilius negant, ut Suar. Kon. quia sicut hæc
 »solutio est distincta à Sacramentali, ita etiam
 »ad eam requiritur distincta jurisdictio, quæ
 »nunquam conceditur omnibus Sacerdotibus
 »V. Laym. c. 3.

ADDENDA.

190. **Q**uest. 24. Quid præterea sit hic notandum
 Seqq. §. 1. Sor. Med. Covarr. Tol. Less. Laym.
 Castrop. & alii multi apud Mendo diff. 13. q. 1.
 cunct administrantem Sacramenta in excommuni-
 §. 4.

icatione minore peccare venialiter, quia est aliqua irreverentia, non tamen gravis. *Vasq.* dicit peccare mortaliter, probatque ex *Cap. Si celebrat*, De Clerico excommunicato, ubi dicitur, peccat autem conferendo *Ecclesiastica Sacramenta*: quando autem in Jure dicitur peccat, intelligitur mortale. *Mendo* dicit, vel mortaliter vel nullo modo peccare, si enim est irreverentia, est mortalis; si est prohibitio, est gravis: concludit tamen cum *Nav. Suar. Fill. Diana, Busenb. Krimer* in 10:0. aliisque multis nullo modo peccare, Ecclesia enim solam receptionem prohibet, unde in *Cap. Si celebret*, dicitur talis peccare, non quia precise confert Sacramenta, sed quia celebrat, ut sibi ipsi conferat, dum enim celebrat, conficit & suscipit, hinc mortaliter peccat.

§. 2. An excommunicatus excommunicato 191.
datione minore, sed ignorans vel oblitus excommunicationis suae validè recipiat Sacramentum Poenitentiae, si bonâ fide accedat, colligitur ex dictis l. 6. p. 2. n. 1568. nam licet negent *Hurt.* & alii; probabilius tamen affirmant alii cum *Bonac.* d. 2. q. 3. quia Ecclesia removet eum à Sacramentis, non irritando, sed tantum prohibendo eorum receptionem. V. dicendum. 200.

§. 3. Communicans cum excommunicato à 192.
Papa, incurrit excommunicationem majorem, *Cap. Significavit*, 8. De sent. excomm. Quamvis autem *Pignat.* tom. 1. conf. 491. doceat *sacram Congreg. immunitatis* 18. Jul. 1628. censuisse laicum, qui alterum laicum percutit in ecclesia, incurere excommunicationem minorem, tamen de hoc nihil invenio in aliis Auctoribus.

§. 4. Docent communiter Auctores, & infra 193.
Ddd 2 nuavi

r.
ii
X
III

nuavi l. 4. n. 777. ex Cap. *Si celebret* De Cler. & comm. Ministr. quod effectus indirectus excommunicationis minoris fit privatio juris ad Beneficia, cum enim sic excommunicatus privetur susceptione Ordinum, Beneficia autem ex intentione Ecclesie tendant ad Ordines, consequenter etiam privatur jure ad electionem, collationem vel presentationem pro tali Beneficio, uti probant *Decius, Syr. Covarr. Henr. Cón. Laym. Avila* aliique cum *Castrop.* d. 2. p. num. 12.

194. §. 5. Peccat mortaliter tam conferens quam recipiens Beneficium in excommunicato minore, quia violant legem ecclesiasticam gravi materia, nullam tamen pœnam incurrunt, uti habet *Castrop.* n. 20. putantque *Covarr. Nav. & alii* collationem tali excommunicato etiam ipso jure esse irritam, quia fit persona indigna & inhabili: è contrà *Felin. Sor. Cón. Laym. & alii* cum *Castrop.* n. 15. *Krim.* n. 20. probabilius dicunt non esse ipso facto irritam quia Jus expressè dicit esse irritandam seu irritari debere, quod propriè intelligi debet de collatione vel electione, neque persona talis inhabilis quoad valorem acquirendi, sed tantum quoad usum.

195. §. 6. *Vasq. Regin. Bon. Avila & alii* dicunt irritationem tum tantum esse faciendam, quando talis excommunicatus scienter est electus, quod expressè habeatur in Jure, si scienter contrà *Suar. Cón.* & alii dicunt irritationem fieri posse, sive scienter, sive ignoranter sit facta, putant enim particulam illam *scienter* habere hunc sensum, quod irritatio fieri debeat, si quis vis scienter elegerit, absolute volentes, ut

beat non obstante tali excommunicatione : sed Laym. & alii cum Castrop. n. 19. & Krim. n. 2023. probabiliter dicunt irritationem tum tantum esse faciendam , quando electio facta est excommunicato suæ excommunicationis conscio , quamvis l. 4. n. 777. insinuaverim etiam tum esse irritandam , si soli conferentes hoc sciverint : Ratio est , quia , si ipse scivit , verum est , quod scienter sit electus , si autem ipse nesciverit se excommunicatum , quamvis electores vel conferentes id sciverint , electio vel collatio defendi potest , quia ignorantia eum excusat , ut possit suscipere Sacramenta , ergo etiam ut possit suscipere Beneficium in ordine ad Sacramenta.

DUBIUM III.

196.

Quos effectus habeat excommunicatio major.

Resp. Habet duplices , Mediatos & Immediatos. Mediatos sive remoti sunt hi.

I. Irregularitas , quam excommunicatus incurrit , exercendo actum alicujus Ordinis.

II. Si excommunicatus toto anno in excommunicatione contumaciter persistat , & ut Jura loquuntur , inforDESCAT , fit suspectus de hæresi , & contra eum , ut talem , procedi potest ex Trid. sess. 25. cap. 3. ideoque si crimen grave & Beneficii privatione dignum commisit , privandus est Beneficio : imò etsi crimen non sit adeo grave , si tamen ad hæresis suspicionem purgandam citetur , tanquam hæreticus privari debet , Bonac. d. 2. q. 2 p. ult. ex Rebuff. Dian. Navar. &c.

Immediati effectus sunt sequentes :

I. Privat susceptione & usu passivo Sacramentorum ; unde nullus excommunicatus sive

D d d 3

tole-

toleratus five non, potest ea licitè recipere sub
 mortali, nisi excuset ignorantia invincibilis
 metus mortis, infamiae, jacturae bonorum, &c.
 quia censura non obligat cum tanto rigore
 Laym. l. 1. t. 5. p. 2. cap. 2.
 Dixi licitè, quia validè suscipit omnia, saltem
 quoad substantiam, præter Pœnitentiæ, cum
 etiam hoc, si adsit ignorantia inculpabilis
 dummodo cætera ad essentiam Sacramenti
 requisita non desint, quia per censuram non
 incapax absolutionis, etsi prohibeatur
 recipere, priusquam absolvatur à censurâ
 Bon. p. 2. ex Fill. Suar. Kon. &c. Nec obstat
 nisi excommunicatio sit reservata, vel
 cessarius sciens peccata habere annexam
 communicationem, tamen ex malitia absolvi
 docet Dian. p. 3. t. 4. R. 78. ex Kon. Suar. &c. de
 r. 9. R. 53.
 II. Privat (saltem non toleratos) communi-
 bus Ecclesiæ suffragiis, orationibus &
 Indulgentiarum, non tamen privatis: Hæc
 non tantum quis privatus, sed etiam Sa-
 dos potest, tanquam persona privata, præ-
 communicatis orare, etiam in publicis
 bus & Sacro; imò actionem sacrificandi, præ-
 pendet è merito privato operantis, offerre
 ejus in Memento in particulari meminisse.
 Dixi, tanquam privata: quia ut minister Eccle-
 siæ non potest: Hinc irritæ sunt ac nullæ om-
 præces, quas pro excommunicato in per-
 Ecclesiæ intercedentis pro ipso, Deo offerre
 adeoque privatur omnibus bonis, quæ in
 tiam Ecclesiæ Deus concessurus fuisset.
 III. Privat usu activo Sacramentorum &
 ministracione. Quæ tamen excommunicatio
 tolerato, quando subdit qui cel- rogetur comm-
 fideles, cum litati ministr-
 potest, cultate comm-
 tali Sac-
 catum, re, Lay-
 Idem c-
 tolerato
 fratio
 fitatis;
 præter
 jurisdic-
 Bon. l. c.
 IV. P-
 ut non t-
 sub mor-
 li, ita ut
 nicare;
 vitandi
 §. 1. ex
 alii, qui
 Missæ in
 u. 9. cor-
 in divini
 ecclesiam
 tum aut c-

E. J. J. J.
 20. J. J.

T. m. o.
 P. Cl. d.
 La Croi

Tome

Cel.

ferato, & ad id requisito, & se non ingerenti,
 quandoque est licita, v. g. si sit Pastor, cujus
 subditi teneantur audire Sacrum, nec sit alius,
 qui celebret: imò si etiam non Parochus fortè
 rogetur & invitetur ad celebrandum. Ac licèt
 communis doctrina sit apud *Laym. c. 4.* Peccare
 fideles, si sine causa necessitatis vel magna uti-
 litatis talem inducant ad Sacramentorum ad-
 ministrationem, quando alius Minister haberi
 potest, contrarium tamen est probabile ob fa-
 cultatem concessam à *Conc. Constant.* cum talibus
 communicandi: & hinc nec illum, qui petit à
 tali Sacramentum, nec ipsummet excommuni-
 cacum, si conferat, præcisè ob censuram pecca-
 re, *Laym. n. 5. ex Soto & Sanch. l. 7. de Matr. d. 9. n. 8.*
 Idem docet *Bon. §. 2. ex Vasq. Suar. &c.* Non
 tolerato autem illicita est Sacramenti admini-
 stratio, præterquam in casu extremæ neces-
 sitatis; extra quam validè illud administrat,
 præterquam pœnitentiam, quia hæc requirit
 jurisdictionem, quâ ipse caret. *Vid. Laym. c. 2.*
Bon. l. c.

IV. Privatio usûs divinorum officiorum: ita
 ut non tantùm careat eorum fructu, sed etiam
 sub mortali iis nequeat interessè, parte notabi-
 li, ita ut moraliter censeatur cum aliis commu-
 nicare; nisi excuset ignorantia, vel necessitas
 vitandi scandali aliâve justa causa, *Bon. p. 3.*
§. 1. ex Suar. Fill. &c. Similiter peccant etiam
 alii, qui cum excommunicato vitando eidem
 Missæ interfunt, ut ex communi docet *Bonac.*
n. 9. contra Dur., quia participant cum illo
 in divinis. Aliud tamen esset, si transiens per
 ecclesiam aliud tractaret, vel breviter priva-
 tum aut omnino separatim oraret, aut si aliis

r.
 ii
 X
 III

unum Sacrum audientibus ipse aliud audire
 quia sic moraliter non censetur commu-
 care cum aliis, nec conjungi ad unam oratio-
 nem fundendam, *Bon. n. 16. ex Suar. Henr. Fil.
 Kon. &c.* Ac licet peccatum hoc ex genere suo
 sit mortale, ex parvitate tamen materiae sub-
 inde tantum est veniale, ut si exigua pars Mis-
 sae, v.g. usque ad Evangelium tantum cum aliis
 audiatur, *Avila, Dian. part. 5. t. 5. R. 21. vel si Hinc
 privatim cum eo recitentur, Dian. t. 9. R. 87. et
 Suar. & alii 9.* Porro per divina officia immo-
 guntur Sacrificium Missae, publica oratio, pro-
 cessionio, cantus Horarum, benedictio olei, aquae
 candelarum & caetera annexa Ordini Clericali
 quae solenniter fiunt, (excepta concione) in quibus
 licet alii fideles non teneantur vitare
 ratum, tenentur tamen non toleratum
 mortali vitare, nisi vel levitas materiae vel igno-
 rantia aut simile quid excuset: Unde si
 praesens sit, moneri debet, ut recedat; si non
 debet extrudi vel exportari, licet sit Sacrum
 nisi tamen inde gravius timeatur incommodum,
 dum, ob quod, si expelli non possit, omnino
 dum est officium, etiam die festo, & celebratum
 nondum inchoato Canone debet abrumperetur
 Missam; si inchoavit, potest caeteris abrumperetur
 Sacrum prosequi vel abrumperetur, ob sententiam
 utriusque probabilitatem: si consecravit, debet
 solum Ministro manente pergere usque ad
 Communionem inclusivè, & reliqua peragere
 in Sacristia vel alio decenti loco. Quod si
 communicatus negligat procurare abrumperetur
 nem eo fine, ut non audiat Sacrum die festo
 peccat mortaliter omissione Sacri; secus si
 de causa negligat. Quod si etiam obligatus

ad Horas, non excusatur ab illis (et si non de-
beat dicere, *Dominus vobiscum*, sed, *Domine exaudi*
S.) quas si cum alio privatim legat, veniali-
ter tantum videtur peccare.

V. Collatio Beneficii facta excommunicato
nulla est, uti & presentatio vel electio, institutio
& confirmatio. Ratio, quia excommunicatus,
etiam toleratus, non potest communicare in
officio, proindeque incapax est Beneficii, quod
datur propter officium. Idque, licet ignoretur
excommunicatio, quæ ignorantia invincibi-
lis et si excuset à culpa, non tamen supplet de-
fectum conditionis requisitæ ad valorem
actus. *V. Less. l. 2. c. 34. d. 22.* Imò probabile est
excommunicatum, quamvis Beneficio antè
obtentum non privetur, fructus tamen & distri-
butiones non facere suas, ideòque eas teneri
restituere, etiam ante sententiam Judicis, quia
est privatus officio; fructus autem dantur pro-
pter officium, velut merces propter opus; Ita
Suar. & alii contra Sanch. & Kon. qui probabili-
ter putant, ex consuetudine non teneri ante
sententiam, modò per se vel alium inferviat
Beneficio.

VI. Privat communicatione forensi. Unde
excommunicatus nequit esse Judex, Advocatus,
Procurator, licet pro semetipso respondere
possit ipse. (*Kon. Præp. Dian. p. 5. t. 9. R. 111.*) actor,
tabellio, testis &c. Ita ut contra excommuni-
catum, etiam toleratum, semper possit reus
excipere. Quòd si non faciat nec Judex eum
repellat, valida ejus acta erunt, si sit toleratus:
secus est de Judice non tolerato, cum sit priva-
tus jurisdictione. *V. Laym. c. 2. Dian. R. 112. 113.*
Non potest etiam esse Tutor aut Curator, *Dian.*

r.
ii
X
III

»R. 115. ex Sylv. Neque testamenti executor, Dian
 »p. 8. t. 5. R. 2. ex Carp. Sc. contra Santh. Lugo, Sc.
 »Si tamen non fiat oppositio, validè exequuntur,
 »Ib. Nec potest ipse testari licitè, etsi faciat vali
 »dè, etiam cum excommunicatum instituit herede
 »redem, Suar. Fill. Merc. Sc. cum Dian. p. 5. t. 9. p. 1
 »129. Denique contractus omnes ab eo facti (et
 »si sint illiciti, & ratione eorum non detur actio
 »in foro externo dur ante executione) valent, si
 »fiant ab eo ut personâ publicâ, vel Ministrum
 »ratione muneris vel Beneficii, quia tunc spe
 »ctant ad jurisdictionem, quæ suspensa est, Dian.
 »R. 128. ex Con. Fill. Merc. &c.
 » VII. Excommunicatus non toleratus privatur
 »usu jurisdictionis: Unde non potest validè
 »eligere, conferre, præsentare, ferre leges vel
 »sententiam: & qui sic Beneficium à non tolerato
 »acceptit, dicendus est intrusus, ac promove
 »netur, sine alia Juris declaratione, Beneficium
 »unâ cum fructibus relinquere.
 » Dixi, non toleratus: quia acta tolerati proba
 »bile est esse valida, ob bonum commune: gra
 »viter tamen peccat, si absque necessitate talia
 »exerceat.
 » VIII. Non toleratus privatur ecclesiasticâ se
 »pulturâ, ut non possit in loco sacro seu benedi
 »cto sepeliri: & si contrarium fiat, ac corpora
 »discerni possint, debet exhumari, nec in eo lo
 »co divina peragi ante reconciliationem.
 » Dixi, non toleratus: quia Ecclesia non possit
 »tur, etsi hæreticus, non speciatim denunciatus
 »in ea sepeliatur, ut docet Suar. Lay. & alii. Jus
 »nihilominus id prohibent Episcopi in Germa
 »nia, eò quòd inter cæteras penas non commu
 »nicab

micanti
 tio sep
 IX.
 civili c
 non po
 am ali
 idque i
 Os
 Dici
 & omni
 per nut
 signum
 Dici
 catio in
 Dici
 nem fa
 bo vel
 dam, e
 observ
 quia ef
 p. 5. t. 9
 balis sa
 gna, v.
 causâ fi
 Dici
 omner
 fiat) it
 cietate
 censat
 mabit
 cio fac
 Dici
 mnis c
 tatis &

nicantium in Paschate etiam statuatur priva-
tio sepulturæ ecclesiasticæ.

IX. Excommunicatus privatur omni aliâ
civilis communicatione fidelium, ita ut ipse
non possit cum aliis, & si non sit toleratus, eti-
am alii cum ipso non possunt communicare :
Idque in casibus hoc versu comprehensis :

Os, orare, vale, communitio, mensa negatur :

Dicitur I. *Os*, per quod intelligitur osculum
& omne colloquium, etiam privatum. Item
per nutus, literas, internuntium ; & quodvis
signum benevolentia.

Dicitur II. *Orare*, id est, omnis communi-
catio in divinis, de qua *suprà*.

Dicitur III. *Vale*, quod comprehendit om-
nem salutationem, (saltem honorificam) ver-
bo vel signo vel amplexu ; & secundum quos-
dam, etiam resalutationem, eò quòd sit actus
observantia : Sed contrarium videtur verius ;
quia est solutio debiti : Imò *Sayr. Et. cum Dia.*
p. s. t. g. R. 16. putant probabile, quòd sola ver-
balis salutatio sit prohibita, non autem alia si-
gna, v. g. aperiendo caput, &c. quæ urbanitatis
causâ fieri solent.

Dicitur IV. *Communitio*, quæ comprehendit
omnem contractum (qui tamen validus est, si
fiat) item cohabitationem, cooperationem, so-
cietatem, v. g. in contractibus, ita ut moraliter
conferatur communicare ; quod prudens æsti-
mabit : unde nec iter cum eo tanquam cum so-
cio facere licet.

Dicitur V. *Mensa*, per quam intelligitur o-
mnis convictus & convivia, per modum socie-
tatis & commercii, qualis non est, si casu inci-
das

r.
ii
X
III

»das in idem hospitium, iter, mensam, imò le-
»ctum. *Vid. Bon. d. 2. q. 2. p. 6. §. 1. & 2.*

» *Quæres. I.* Quale peccatum sit communica-
»re cum excommunicato non tolerato.

» *Resp.* Communicatio in divinis censetur
»mortale, propter gravitatem materiæ: in ci-
»vilibus autem (et si inducat minorem excom-
»municationem) secluso tamen contemptu, tan-
»tùm est veniale regulariter, *Suar. Baion. & Dian.*
»*p. 7. t. 11. R. 47.* Quod addo, quia aliquando est
»mortale, ut si quis cum excommunicato com-
»municet in eodem crimine, v. g. si quis con-
»binam excommunicatam cognoscat.

» *Quæres. II.* An aliquando liceat cum non to-
»lerato communicare.

» *Resp.* Quòd sic, extra divina in his quinque
»casibus, 1. In casu utilitatis sive spiritualis ip-
»sius excommunicati, v. g. ut convertatur, sive
»alterius, ut ab excommunicato consilium pe-
»tat, quod ab alio habere non potest; si ve etiam
»utilitatis temporalis, v. g. ut ab eo restitutum
»vel debitum ex contractu petatur. Contractus
»tamen novos cum ipso inire non licet, et si
»ineantur, sint validi, cum nulla sit lex irritans.

» 2. In casu legis matrimonialis: quomodo ma-
»ri licet communicare cum marito, & contra-
»nisi factum sit divortium, *Dian. p. 5. t. 9. R. 136.*
»Non tamen sponso de futuro cum sponsa, *Dian.*
»*R. 136. ex Sayr. Sanch. & Fill. 3.* In casu subiecti-
»nis: quomodo possunt Filii etiam emancipati
»(addit *Dian. R. 118. 119. ex Con. Fill. Hurv. & E-*
»am adoptivi vel illegitimi, imò etiam nepotes
»pronepotes & in eodem genere affines, com-
»municare parenti, servi & ancillæ Domini, si
»ante excommunicationem fuerint in servitio. Sim-

E. VII.
20.

Th. m. o.
P. Clav. d.
La Croix

Tom. V

Cal

Similiter religiosi Prælati non tamen nisi quo-
ad eam communicationem, quæ ab habitanti-
bus in eadem familia evitari non potest, *Dia, R.*
17. contra *Sotum. Vid. Fill. t. 12. n. 203. Lay. & Bon.*
11. 4. In casu ignorantia Juris vel facti. 5. In
casu necessitatis, sive animæ, sive corporis, si-
ve bonorum temporalium: qui casus hoc versu
comprehenduntur,

Utile, lex, humilis, res ignorata, necesse.

A D D E N D A.

Quest. 25. Quid præterea sit notandum circa effe- 197.
ctus excommunicationis majoris, & speciatim cir-
ca usum passivum & activum Sacramentorum, quo pri-
vatur excommunicatus. *R. §. 1. Novendecim hor-*
rendos effectus excommunicationis majoris re-
censet Nav. in Man. c. 27. à n. 17. & ex illo Bran-
den ad concordata Germaniæ post q. 12. Not. 7.
de quibus in sequentibus aliqua addam. Multa
autem, quæ hic strictim habet Busenb., explica-
vi fufius in antecedentibus, ad quæ remittam,
nam 1. Dixi l. 6. p. 1. à n. 211. ex causa rationabi-
li & quando deest alius, licitum esse suscipere aut
etiam petere Sacramentum à Ministro tolerato,
qui, si velit, possit dignè ministrare: attamen
addidi ibidem n. 215. excommunicatum tole-
ratum non posse se ingerere, quamvis possit con-
ferre Sacramentum, si requiratur: Potestque de
hoc etiam videri Sanch. De Matr. l. 7. d. 2. n. 7.
& 8. Ibidem n. 620. dixi Viaticum peti debere
ab hæretico excommunicato, suspenso, si alius
deest; & uti aliqui tenent, quamvis esset etiam
denunciatus; & foret occasio suscipiendi alia Sa-
cramenta. 2. Dixi l. 6. p. 1. n. 209. eum peccare,
qui

r.
ii
X
iiii

qui extra necessitatem extremam petit admitti-
 firationem Sacramenti à Ministro non tolerato
 probabiliter autem censi extremam necessita-
 tem, si quis non potens confiteri deberet de-
 dere sine Viatico vel extrema Unctione: Ex hoc
 iterum dicam paulò post. 3. Dixi l. 6. p. 1.
 n. 538. & p. 2. n. 1569. excommunicato con-
 trato etiam vitando licitum esse in necessitate su-
 mere Eucharistiam, & idem est de aliis actio-
 nibus: Quamnam sit talis necessitas, dixi l. 6. p. 1.
 à n. 535. & p. 2. n. 1569. extra necessitatem ta-
 men, quamvis se submitteret & retractaret de-
 lictum, non potest accedere ad Sacramenta, nisi
 acceperit absolutionem, secundum dicta l. 6. p. 1.
 2. n. 1570. & hic n. 127. 4. Dixi l. 1. n. 794. & l. 6.
 p. 1. n. 626. excommunicatum teneri, quam-
 primum potest, tollere hoc impedimentum
 Confessionis annuæ, aut etiam Communionis
 Paschalis: quamvis fortè non teneatur tollere
 vi Præcepti Missæ audiendæ, attamen ibidem
 1. n. 790. dixi Sacerdotem, qui ex iustitia, & non
 ex stipendio accepto tenetur celebrare Missam
 etiam teneri procurare absolutionem ab excom-
 municatione, aut alteri committere celebra-
 tionem. 5. Dixi l. 6. p. 2. à n. 1564. excommuni-
 catum non toleratum esse privatum omni jurisdic-
 tione; ideòque Parochum ita excommuni-
 catum non posse jurisdictionem delegare alteri
 audiendas confessiones suorum. Ibidem
 toleratum posse absolvere, si requiratur & con-
 tritus sit. Item dixi ibidem pœnitentem debere
 priùs absolvi ab excommunicatione, quam
 peccatis. 6. Cùm Parochus non sit Minister
 trimonii, nec per hanc excommunicationem
 privetur Officio Parochi, quamvis sit excom-
 muni-

municat
 tam da
 l. 6. p. 3.
 etiam li
 cum req
 l. 4. n. 7
 municat
 te, etia
 excomm
 nihilom
 cum &
 dam: qu
 sit ante
 tione;
 tempore
 confirm
 n. 775.
 debitori
 n. 466.
 §. 2.
 crament
 alia Sac
 liter, sec
 Dic. d.
 excomm
 nem edi
 n. 2231
 §. 3.
 se esse ex
 autem h
 rantiam
 agit con
 nec. d. 2.
 quamvis
 vitandu

communicatus & vitandus, validè assistit, & licentiam dat assistendi Matrimonio suorum, uti dixi l. 6. p. 3. n. 729. Et si sit toleratus ac requiratur, etiam licitè, quia requisitus licitè communicatur requirentibus, secundum ante dicta. 7. Dixi l. 4. n. 774. validè excommunicatum excommunicatione majore, etiam ab homine, & injuste, etiam si sit toleratus & occultus, aut nesciat se excommunicatum, aut putetur esse absolutus, nihilominus esse inhabilem ad omne Beneficium & pensionem quomodocunque acquirendam: quid autem dicendum sit, si provisio facta sit ante, sed possessio capiatur in excommunicatione; Item si electio vel presentatio facta sit tempore excommunicationis, sed acceptatio, confirmatio aut institutio extra, dixi ibidem à n. 775. 8. An excommunicatio creditoris vel debitoris excuset à restitutione, dixi l. 3. p. 2. n. 466.

§. 2. Qui in excommunicatione recipit Sacramentum Ordinis, manet suspensus: si autem alia Sacramenta recipiat, peccat quidem mortaliter, sed nullam incurrit poenam ecclesiasticam. *Decret. d. 2. n. 635.* An autem validè ordinetur excommunicatus si Episcopus ante ordinationem edicat se nolle tales ordinare, dixi l. 6. p. 2. n. 2231.

§. 3. Si volens recipere Sacramentum nesciat se esse excommunicatum vitandum, ministrans autem hoc sciat, recipiens excusatur per ignorantiam, sed Minister peccat mortaliter, quia agit contra gravem prohibitionem Ecclesiae, *Boet. d. 2. q. 2. pu. 1. §. 2. qui n. 4. idem dicit,* quamvis excommunicatus sit toleratus & non vitandus, quia cooperatur actioni de se illicitae, sed

r.
ii
X
III

sed contradicit *Dicast.* n. 641. quia nulla circa hunc est prohibitio, cum Ecclesia permittat etiam in divinis communicationem cum eo, neque ex ullo capite apparet obligatio talem communicatum admonendi, præsertim si in officio non teneatur, neque commodè fieri possit. Rectè autem notant *Suar. & Castrop.* d. 2. p. 7. ex eo, quòd talis excommunicatus vitandus sciatur fuisse excommunicatus, non posse judicari indignè accedere, nisi certò constet non esse absolutum, si enim sciatur esse conscientia non malæ, præsumi non debet peccare vel

200. §. 4. *Silv. Sor. Vasq. Hurt. & alii* putant excommunicatum, qui ex ignorantia vel oblivione non manifestat censuram, non posse validè & fructuosè recipere Sacramentum Pœnitentiæ, quia Ecclesiæ talem separat à participatione Sacramentorum, quantum potest. Oppositum firmiter firmant *Suar.* d. 10. l. 3. *Castrop.* d. 2. p. 7. n. 1. nullo enim Jure Sacramentum est irritum, & separat Ecclesia eum, quantum potest, cum communionem cum illo, si denunciatus non permittat fidelibus, & orationem privatam concedat etiam pro denunciato, & ideo etiam putant *Dicast.* hunc validè absolvendum, si ita ignorat & bonâ fide accedat. Vide dicta l. 6. p. 2. n. 1.

201. §. 5. Si moribundus recepisset Sacramentum Pœnitentiæ, *Avila & alii* putant excommunicatum vitandum non posse illi ministrare Eucharistiam vel extremam Unctionem, quia hæc non ita sunt necessaria ad salutem: sed *Suar. Castrop.* d. 7. *Dicast.* n. 666. & 667. probabilius dicunt, quod ita sunt necessaria, sunt enim utilissima & veluti necessaria in periculosissimo articulo constituta; & si licitum sit in necessitate ab excommunicato

vitando petere cibum corporis & arma, quibus defendas vitam, multò magis cibum animæ & robur pro extremo agone, si tamen Pœnitentiæ & Eucharistiæ suscepisset, putat *Castrop.* n. 8. non esse illi ab excommunicato vitando ministrandam extremam Unctionem.

§. 6. An Episcopus excommunicatus validè 202.
consecret Ecclesiam, dixi l. 6. p. 2. n. 280. Putat autem *Less.* in *Auct. v. Absolutio*, casu 11. valde probabile esse, si quis inculpate ignoret suam excommunicationem, validè ipsi delegari potestatem audiendi confessiones, ita ut post absolutionem ab excommunicatione possit eam licite iteri absque nova delegatione.

§. 7. Parochus, qui occultè excommunica- 203.
tionem vel suspensionem incurrit, si nequea prius impetrare absolutionem, potest elicite prius contritione audire confessiones subditorum iusta de causa confiteri petentium, excusat enim eum jus conservandæ famæ suæ, *Barb.* & alii multi cum *Lohner.*

Q. 26. Quid addendum sit circa suffragia Ecclesiæ 204.
& divina officia, quibus privatur excommunicatus. *Re.*

§. 1. Quando dicitur excommunicatum privari communibus Ecclesiæ suffragiis, sensus est, quod privetur suffragiis ex illis actionibus, quæ fiunt ab Ecclesiæ Ministris nomine Ecclesiæ. Hinc non ideo privatur fructu, qui venit ex intentione Ministri operantis nomine suo: neque ideo privatur fructu v. g. satisfactionis, qui provenit ex intentione Ministri operantis in persona & nomine Christi, de illis enim fructibus Ecclesia non disponit, sed privatur fructu illo, qui respondet operanti ut agenti nomine Ecclesiæ, Ecclesia enim non vult, ut hoc, quod nomine

Tom. VIII.

Ecc

suo

R.
L.
X
M

suo fit, ei applicetur, ideoque applicaretur invalidè, *Gibal. Krim. n. 1875*. Prohibentur autem Ministris Ecclesiæ sacrificium & actiones publicæ, etiam eæ, quas nomine suo vel Christi ponunt, directè offerre pro excommunicatis vitandis, hinc si offerrent, fieret validè secundum dicta l. 6. p. 2. n. 32. sed illicitè, *Krim. n. 1881*. Pro excommunicatis toleratis validè & licitè offerri etiam publicè & directè, dixi l. 6. p. 2. n. 34. Et pro vitandis etiam sub memento orari potest privatim.

205. §. 2. Si excommunicatus vitandus sit contritus, & per eum non steterit, quominus absolvetur, plures, quos citavi l. 6. p. 2. n. 31. præsumunt de pia matre Ecclesia, quòd nolit privari suffragiis; sed melius contradicunt alii, quos ibidem secutus sum, & consentiunt *Laym. Hist. Castrop. Gibal. Krim. n. 1880*. quia id videtur decidi *Cap. Anobis 28*. De sent. excomm. quod etiam ibidem retuli. Docet tamen probabiliter *Krim. n. 1884*. in casu necessitatis, quo talis licitè celebraret Missam, etiam licitè ac validè offerre eum nomine Ecclesiæ pro seipso, quod enim ei non proficit alienum sacrificium, est, quia Ecclesia non vult, ut alius communicet cum ipso, Ecclesia autem non prohibet, ut ipse se cum ipso communicet.

206. §. 3. Dixi l. 6. p. 2. à n. 1355. Indulgentia non prodesse excommunicatis, seu vivis seu defunctis, quod intelligitur de vitandis, ac etiam de toleratis, ita ut ipsimet lucrari non possint. E contra si indulgentia esset applicabilis tolerato etiam vivo, & ei applicaretur, putat *Krim. n. 1886*. huic profuturam, quia licitum est cum eo communicare.

§. 4. Si excommunicatus vitandus interfuit 207.

v. g. Missæ, putat *Castrop.* eum incurrere excommunicationem minorem; sed probabilius negat *Krim.* n. 1904. quia non ideo communicatur cum aliquo excommunicato vitando. Excipit
1. nisi esset Sacerdos coram se celebrari faciens.
2. Nisi monitus nollet exire, tum enim incurrit excommunicationem Papæ reservatam, *Cap. Eos, De sent. excomm. & Clement. 2. eod. tit.* Si autem Sacerdos à potestate Episcopi exemptus, celebraret coram excommunicato vitando, præter minorem excommunicationem incurreret interdictum ab ingressu ecclesiæ, *Cap. Episcoporum De privil. in 6.* Et qui cum excommunicato vitando pergunt audire Missam, secundum communem peccant mortaliter, quamvis *Henr. Sayr. Fill. Krim.* n. 1905. dicant probabile esse, quod venialiter tantum, si non sint ei causa manendi.

§. 5. Etiam excommunicatus toleratus prohibetur interesse Missæ, nisi fortè requireretur, ut ministraret in defectu alterius, *Cap. Illud, De Cleri excomm. ministr. Cap. ult. De sent. excomm. in 6. Suar. Castrop. d. 2. pu. 9. n. 2. Dicast. d. 2. nu. 696. 697.*

§. 6. Si excommunicatus profugerit ad templum, & ibi hæreat, ne capiatur, non attendens ad divina, potest Missa ibi celebrari & ab aliis audiri, quia non censetur communicare illis divinis, *Dicast. n. 694.*

§. 7. Excommunicati vitandi possunt ingredi templum, ut privatim soli orent, item orare possunt, quando datur commune signum ad salutandam B. Virginem, quamvis enim plerique tum orent, tamen unusquisque censetur orare

Ecc 2

rare

rare pro se; similiter possunt uti sacris reliquiis, aquâ benedictâ &c. hæc enim omnia nullo Jure ipsis prohibentur, uti cum communi docent *Castrop.* n. 14. *Dicast.* tamen n. 740. dissentit de aqua benedictâ, quia benedicitur, ut profit fidelibus, & utens illâ, quantum potest, facit se participem suffragiorum Ecclesiæ, quod excommunicato est prohibitum.

211. §. 8. Excommunicatum etiam vitandum teneri orare Horas, dicitur n. 224. Si autem famulus cum domino suo excommunicato privatim recitet Horas, non peccat, quia hoc non est ministerium ecclesiasticum, sed privatam obligationem, ad quod tenetur famulus, si dominus velit, nec famulus privatur communicatione domini sui in illis, in quibus deservire tenetur. *Cap. Quoniam multos*, 11. q. 3. *Suar. Dicast.* n. 714. An autem excommunicatus possit concionari vel docere: item interesse concioni aut lectioni alicui dicitur n. 281.

212. Q. 27. Quid addendum sit circa communicationem forensis & usum jurisdictionis, quibus privatur excommunicatus. *Ex. §. 1.* Per communicationem forensis intelligitur quilibet actus pertinet ad iudicium fori externi: potestque semper fieri receptio contra excommunicatum vitandum, qui talem actum exercuit, dummodo fiat ante executionem sententiæ, *Castrop.* d. 2. pu. 14. n. 1. Attamen reus excommunicatus potest transire ad iudicium, neque ideo potest se excusare, quod sit excommunicatus, alioquin reportaretur eodem modum ex sua excommunicatione, *Castrop.* n. 1.

213. §. 2. Testamentum ab excommunicato rati-
tando factum nullo Jure irritum est, *Castrop.*
Hinc moribundus, qui non potest obtinere ab-

solutionem, etiam licitè facit testamentum, quia censetur actus necessarius, quem non negabit Ecclesia, *Avila, Dicast. d. 2. n. 822.* Imò *Cón. & alii,* teste *Krim. n. 2005.* excommunicatus vitandus validè instituitur hæres. Attamen tam activa quàm passiva testamenti confectio interdicitur sequentibus, 1. hæreticis eorúmque fautoribus: 2. Percipientibus & insequentibus Cardinalem. 3. Reis læsæ Majestatis. 4. Usurariis manifestis, nisi cautionem præsent, *Krim. adducens Jura.*

§. 3. Parochum etiam vitandum validè assistere & delegare potestatem assistendi Matrimonio, dixi l. 6. p. 3. n. 729. similiter admissio ad professionem religiosam, aut commissio admittendi facta à Prælato excommunicato est valida, quia non actus jurisdictionis propriæ, sed usus cujusdam Superioritatis competens etiam fœminis & laicis, *Suar. Laym. Castrop. p. 15. n. 4. Krim. n. 1997.*

§. 4. Si subditus faciat aliquid animo obediendi suo Superiori laico, qui est excommunicatus vitandus, peccat mortaliter, quia est quædam communicatio in divinis, quæ cadit sub directam prohibitionem, per hoc enim agnoscit in eo jurisdictionem, quam tamen sustulit censura: si tamen faciat tantùm ex urbanitate vel verecundia, non erit mortale, *Suar. Dicast. n. 828. Leand. Krim. n. 1980.* Nequidem Religiosum posse obedire Prælato excommunicato docent *Suar. Leand. Krim. n. 1980.*

§. 5. Quomodo excommunicatus vitandus privetur usu jurisdictionis, pluribus explicat *Pignat. tom. 9. conf. 160.* Et quamvis ipso facto non privetur officio, tamen secundum communem

munem sensum & consuetudinem Ecclesie censetur inhabilis ad acquirendam novam jurisdictionem, *Dicast. n. 747. 872.* Intelligunt autem hoc *Suar. Hurt. Castrop. pu. 10. n. 11. Krim. n. 1937.* de jurisdictione in muneribus & officiis ecclesiasticis, pro temporalibus enim putant valere nominationem aut electionem, quamvis sit prohibita & veniat irritanda. Admittunt etiam omnes, si quis ab intestato acquirat aliquod dominium temporale, cui annexa est jurisdictione, tunc validè acquirere jurisdictionem, quia accessorium sequitur naturam principalis, Jura enim non annullant acquisitionem domini temporalis, ergo nec jurisdictionis illi annexae, quamvis usus illius prohibeatur tempore excommunicationis, *Dicast. n. 748. Castrop. n. 12.*

217. §. 6. Excommunicatus toleratus non amittit jurisdictionem, hinc valida sunt, quae aguntur etiam irrequisitus, cum hoc sit in favorem & utilitatem fidelium, *Suar. Cón. Laym.* Si autem agat requisitus, etiam licitè agit, quia tunc elicita est communicatio secundum antè dicta *Krim. n. 1983.*

218. Q. 28. Quid addendum sit circa collationem Beneficii, privationem fructuum, & Rescripta respectu excommunicatorum: excommunicatione majore. *R. §. 1. Nav. Less. Hurt. & alii cum Krim. n. 1932.* putant collationem Beneficii factam excommunicato tolerato esse validam, quod *Suar. Felin. Dicast. 2. n. 772.* dicunt esse probabile, quia *Conc. Constant.* permittit communicationem cum illo, deóque videtur sustulisse dispositionem Juris positivi, quâ talis electio reddebatur invalida. Docet propterea *Dicast. n. 756.* eum, qui innocens est, & tamen debet sustinere sententiam excommunicatam.

communicationis secundum allegata & probata iustam, re ipsa autem injustam, esse capacem Beneficii: sed sententiæ oppositæ sunt probabiliores & conformiores dictis l. 4. à n. 774. Jura enim dicunt excommunicatum esse incapacem novi juris ecclesiastici acquirendi, nec distinguunt inter vitandum & toleratum, & cum etiam injustè excommunicatus debeat se in foro externo gerere tanquam excommunicatum, acceptare non poterit Beneficium. An autem excommunicatio habeat similem effectum circa collationem in Canonessarum præbendis, quæ propriè beneficia non sunt, colligi potest ex dictis l. 4. n. 230.

§. 2. Etiam permutatio Beneficii vel resignatio facta existenti in excommunicatione majore est irrita, quia Jus irritat omnem pro illo acquisitionem Beneficii, *Nav. Cón. Laym. Castrop. d. 2. pu. 10. n. 2. Krim. n. 1946. Attamen dixi l. 4. n. 1088.* talem permutationem esse irritam tantum respectu excommunicati, non autem alterius, qui novæ collationis capax est. Nec juvat, quòd excommunicatus fortè nescièrit se excommunicatum, quia privata ignorantia non potest dare valorem actui, sed relinquit inhatentem, uti probabiliùs tenent Auctores cum *Dicaf. n. 744. & Krim. n. 1934.* contra alios, quorum sententiam *Less. De just. l. 2. c. 34. dub. 22.* putat esse probabilem: Neque etiam juvat, quòd permutatio vel resignatio fiat autoritate Superioris, qui utrique posset conferre Beneficium, quia de facto non confert, sed tantum vult dispensare circa illud ex causa permutationis vel resignationis, ergo cum excommunicatus ab altero nequeat jus obtinere, actus erit nullus, *Dicaf. n.*

758. Quòd si excommunicatus vitandus Beneficium resignet in manus Episcopi, ut conferat, cui volet, *Suar. & Castrop. pu. 13. n. 25.* putant fieri validè, quia actus ille non est usus ullius potestatis vel juris ecclesiastici sed propriae voluntatis, neque sic resignans concurret ullo modo ad collationem faciendam, sed solùm ad se exponendum, quod facere potest, cùm sit actio privata, & meritò debet, cùm exercere non possit officium: Si autem resignet in favorem tertii, *Suar. Fill. Dicast. n. 871.* putant fieri invalidè, quia aliquo modo concurret ad collationem, eò quòd restringat voluntatem conferentis ad hanc præcisè personam. Sed contradicunt probabiliter *Bonaq. Castrop. n. 26. Krim. n. 1970.* quia, quantumvis in tantum concurret, ipse tamen nullum jus confert, nec exercet actum jurisdictionis.

220. §. 3. Putant *Côn. & alii* excommunicatum posse acquirere pensionem, quia Jus tantum interit acquisitionem Beneficii, quale non est pensio, eò quòd non sit jus perpetuum percipiendi fructus. *Leuren. De Benef. q. 524.* contradicunt nam ideo præmittitur absolutio pensionariis censuris. *Castrop. n. 6.* dicit, si pensio sit in perpetuum extracta ex fructibus Beneficii, habere rationem Beneficii seu præstimonii, adeòque invalidè conferri excommunicato, uti & tum quando assignatur propter aliquod munus spirituale exercendum, cùm enim excommunicatus prohibeatur munus spirituale exercere, consequenter est incapax pensionis propter illud assignatæ: si autem esset pensio merè temporalis qualis etiam laicis assignatur, excommunicatus esset illius capax. Denique si sit partim temporalis, partim spiritualis, uti est pensio concessa Clerico

Clerico Beneficium resignanti vel permutanti, ut relicta Parocho seni ad sustentationem, *Suar. Reg. Bon.* aliique multi cum *Dicast. n. 752.* dicunt excommunicatum esse illius incapax, quia excommunicatus est incapax omnis clericalis privilegii, quale hoc est, sed *Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 8.* cum aliis probabiliter dicit capax esse, quia nullus textus Juris reddit illum incapax istius privilegii.

§. 4. Si Beneficium fit alicui collatum, quando erat in excommunicatione, ipse verò procurat absolutionem ab eâ, & tum acceptet Beneficium, præter citatos *l. 4. n. 776.* putant *Less. Laym.* & alii probabile esse, quòd acceptatio sit valida, quia voluntas collatoris censetur permanere, ergo si interea se reddat capax Beneficii, non est ratio, cur acceptare non possit: Sed oppositum eidem tenui, & præter ibi relatos idem tenent *Cón. Castrop. n. 20. Dicast. n. 780.* quia collator tantum permanet in prima voluntate, quam habuit, quando conferebat, neque habet voluntatem novam iterum conferendi, uti suppono, cum non sciat primam collationem fuisse invalidam, ergo cum illa prima voluntas fuerit invalida, voluntas illa perseverans manet invalida, ideòque debet moneri collator, ut nunc iterum conferat: Similiter docent *Dicast. n. 761.* si quis in excommunicatione existens sit præsentatus à Patrono, etiam si collatio fiat post obtentam absolutionem, hanc tamen collationem esse invalidam, quia est facta ex vi præsentationis irritæ, ergo & ipsa collatio est irrita, non aliter, atque si facta esset ex præsentatione patroni excommunicati. Addit *Avila* etiam impetrationem litterarum ad Beneficia vacatura esse nullam, si

Beneficii, dummodo ea manifestatio fieri possit si-
 probabili periculo scandali vel infamiae, quia
 tunc tenetur obedire Ecclesiae & servare effe-
 ctus censuræ, quando potest: si tamen imminet
 periculum scandali vel infamiae, potest permit-
 tere, & statim dispensationem petere, quia præ-
 cepta Ecclesiae non obligant cum tanto incom-
 modo, *Suar. Dicast. n. 785*. Imò putat *Dicast. n.*
785. acceptantem in excommunicatione non
 peccare, dummodo non habeat animum exer-
 cendi officium, usque dum absolvatur: & addit
n. 766. si absolvatur, hoc ipso acquirere jus in
 Beneficio, sed standum est antea dictis, & viden-
 da dicta l. 4. n. 781.

§. 7. Excommunicatus etiam vitandus te-
 netur orare Horas, quamvis ad illas obligaretur
 ex solo titulo Beneficii, cujus fructus jam non
 perciperet, quia retinet Beneficium, ipsius au-
 tem culpa est, quòd non percipiat fructus, ideò
 hæc privatio est pœna, quam illi Ecclesia
 imponit, *Nav. Covarr. Avila, Suar. Laym. Bonac. Ca-
 strup. Dicast. n. 714. Krim. n. 1907*. Et quamvis
 communis dicat debere loco *Dominus vobiscum* di-
 cere, *Domine exaudi orationem meam*, eò quòd prior
 oratio sit actus personæ publicæ, *Avila* tamen &
Hort. dicunt per hoc nequidem venialiter pecca-
 turum, quia adhuc potest censerì oratio privata,
 & alioquin deberet abstinere à pluribus oratio-
 nibus in Breviario.

§. 8. Si ille, qui conferre debet Beneficium, 225.
 eligere, instituere, confirmare, sit excommuni-
 catus vitandus, invalidè agit, quia ad ista requi-
 ritur jurisdictio, quâ privatus est, uti habent Ju-
 ra apud *Krimerà n. 1966*. & colligitur ex dictis:
 idemque dicit *Krim. de Clerico excommunica-*
 to

to vitando, si ex officio ecclesiastico præsentatio
quia conferre debet aliquod jus spirituale
rem: Electio tamen Papæ ab excommunicatione
facta valet, Cap. *Romani*, §. *Ceterum* De
Putat etiam *Castrop.* pu. 13. n. 17. probabiliter
contra *Covarr. Vasq. Hurt.* quod præsentatio
Beneficium facta à laico vitando, vel à Clerico
titulo Patrimonii, aut alio seculari, valida
ideo enim irritatur præsentatio ecclesiastica
quia confert jus præsentato, præsentatio
laica non confert jus illud, nam collatio
persona ecclesiastica fieri debet, collator
aut qui instituere debet, potest, imò tenetur
tam præsentationem repellere, ne cum excom-
municato communicet, *Krim.* n. 1989.

226. §. 9. Excommunicatus toleratus valide
licite confert, eligit &c. si requiratur à non
communicato, quia privatus non est jurisdic-
tione, *Suar. Laym. Castrop.* *Krim.* n. 1983. & re-
tus post *Conc. Constant.* licite communicat
fidelibus.

227. §. 10. Si quis titulo Patrimonii sit ordinatus
certum est non privari fructibus sui tituli,
bona illa manent omnino temporalia, & non
circa illa quicquam disponit Ecclesia, postea
que etiam vendi sine simonia, ita cum alio
cast. n. 788.

228. §. 11. Qui bonâ fide acquisivit Beneficium
quando existerat in excommunicatione, & post
rim Beneficio inservivit, probabile est posse
retinere fructus perceptos correspondentes
servitio, etiamsi Beneficium non esset curatum
quia tum non retinet illos ex titulo Beneficii
sed ex titulo obsequii præstiti, *Nav. Henr.*
Con. alii que cum *Castrop.* pu. 11. n. 1. & De

iterumque ex professio à n. 792. ubi re-
 spondet argumentis *Suarii* in contrarium. No-
 que etiam *Laym.* l. 4. tr. 2. c. 15. n. 4. talem
 saltem usucapione triennali talium fru-
 ctuum dominium acquirere, nec teneri restituere,
 nisi ad summum extantes, vel quatenus est
 status ditior.

§. 12. Qui injustè est excommunicatus, 229.
 quavis abstinere debeat à Choro, retinet jus
 ad fructus & distributiones omnes, quia ubi non
 excessit culpa, sequi non debet pœna, commu-
 nis cum *Dicast.* n. 804. Si autem talis injustè ex-
 communicatus etiam ante excommunicatio-
 nem non solebat interesse Choro, *Nap.* adhuc di-
 citur debere ipsi distributiones, quia poterat mu-
 tare voluntatem & assistere: Oppositum tamen
 videtur probabilius cum *Dicast.* n. 805. quia ex
 consuetudine emanandi prudenter judicatur ad-
 hac fuisse emanurus, ergo nullo titulo videtur
 posse jus habere ad distributiones: aliud est de
 infirmo, etiamsi hic soleret abesse, probabile
 enim est Ecclesiam absolutè jus ad distribu-
 tiones dare illis, qui propter infirmitatem absunt.

§. 13. Qui sciens injustè excommunicavit 230.
 vel dedit causam excommunicationis, tenetur
 excommunicato restituere has distributiones,
 quia est injusta causa damni; si autem ex nulla
 parte intervenerit formalis injustitia, tenebun-
 tur ex recepta restituere illi, qui participã-
 runt, in hoc enim casu non censetur domi-
 nium illarum irrevocabiliter esse in eos transla-
 tum: qui tamen distributionem percepisset,
 v. g. ratione Missæ cantatæ, quam canere de-
 buisset excommunicatus, non videtur, tene-
 ri hanc restituere, quia, qui laborem posuit,
 justè

justè fruitur fructu, ita AA. probabiliter apud
Dicast. à n. 809.

231. §. 14. Quando excommunicatus recedit
 contumacia, & tamen absolutionem obtinet,
 nequit, si hæc absolutio injustè negetur, fructus
 & distributiones illi debentur, uti debentur
 illi, qui injustè vinculis ligaretur domo, ne Choro
 ro assisteret & præstaret officium: si autem ab-
 solutio negetur non injustè, sed v. g. quia ex-
 ctatur satisfactio, vel abest ille, qui debet ab-
 solvere, gravissimi AA. putant illi deberi fructus
 & distributiones, quia legitimè censetur imper-
 ditus, non aliter ac ille, qui ob infirmitatem
 emanet è Choro, & hanc sententiam *Dicast.*
 815. defendit velut probabilem; è contra *Sar-*
Bon. & Castrop. n. 14. probabilius dicunt ei non
 deberi, quia excommunicatio privat illis, ergo
 quamdiu justè perdurat excommunicatio, quan-
 diu durat illa privatio: neque simile est in infir-
 mitate, hæc enim non est de se impedimentum
 culpabile, quominus percipiatur fructus, quod
 impedimentum est excommunicatio. Quod si
 aliquis dedisset causam infirmitati in fraudem
 legis, & ad declinandam obligationem assites-
 di, docet pariter *Dicast.* n. 817. non posse perce-
 pere fructus & distributiones, poterit tamen
 quamvis fuisset causa morbi, dummodo non
 egerit fraudulenter, uti communiter tenent AA.
 quia Ecclesia absolutè facit gratiam infirmis,
 non tamen fraudulentis, eò quòd nolit aliter
 suam fraudem prodesse. Vide dicta l. 4. n. 1. & 2.
232. §. 15. Fructus, quos percepit ille, qui
 excommunicatus, restitui debent fabricæ ec-
 clesiæ vel pauperibus; distributiones autem
 quotidianæ, illis, qui interfuerunt Choro, restitui
 debent.

iliter apud
 ubi alia esset consuetudo, ita cum aliis Dicast.

18.
 §. 16. Rescriptum Sedis Apostolicæ & quæ- 233.
 que Bulla ab excommunicatione impetrata in
 articulo, est ipso Jure irrita, nisi ad cautelam
 fuerit absolutio à censuris, Cap. 1. De Re-
 scriptis in 6. Laym. supra n. 12. Dicast. n. 754. Ca-
 pu. 12. n. 1. notans contra Archid. Nav. Suar.
 valere etiam de excommunicato tolerato, sed
 non esse extendendum ad concessionem ab alio,
 quam à Papa factas, & consentit Krim. n. 1974.

§. 17. Si Rescriptum, quo à Pontifice con- 234.
 fertur Beneficium, sit in forma gratiosa, valet
 absolutio, quia illi inferitur absolutio ad illum
 effectum. Idem dicunt Gibal. & Krim. n. 1975.
 contra Castrop. p. 10. n. 28. quamvis esset in for-
 ma commissoria, si tamen post acceptum Rescri-
 ptum inciderit in novam excommunicationem,
 dicunt opus fore novâ absoluteione.

Q. 29. Quid notandum sit circa negationem sepul- 235.
 ture ecclesiasticæ. R. Hæc pœna incurritur per de-
 fectum Baptismi, per duellum, per excommu-
 nicationem, per interdictum aliâque causas: &
 quia nullus est proprius locus in Morali, in quo
 universaliter tractetur de juribus & privatione
 sepulturæ, nonnulla hic apponam, quæ servire
 poterunt ad praxin.

§. 1. Electio sepulturæ, ut fiat, v. g. in hoc 236.
 vel illo loco, nequit impediri à Parocho, dum-
 modo ei detur 4ta pars funeralium, id est, por-
 tio ob mortem alicujus ei debita secundum con-
 suetudinem cujusvis Parochiæ, unde potest quis
 alibi sepeliri, licet Parochus id nolit, ideoque
 recuset comitari, Barbosa De off. Parochi p. 3. c.

26. n. 19. *Lohn.* & alii cum *Gob.* in *Quin.* tr. 5. c. 5. & 50. n. 74. & 81. peccantque graviter Parochi & excommunicantur per *Clementem* & *Urbanum VIII.* qui ideo plus petunt, quia sepelitur apud Religiosos, *Pignat.* tom. 4. conf. 208. *Pelliz.* De Regula tr. 8. c. 5. n. 173. E contra tamen etiam peccant Religiosi, qui inducunt personas seculares ad iurandum vel votendum, quod eligere vel ad sepulturam in ipsorum ecclesiis, aut quod talem electionem nolint immutare, est enim contra gravem prohibitionem *Bonifacii VIII.* *Pelliz.* tom. 175. & *Steph.* à *S. Paulo* tr. 4. d. 9. n. 43. Quod inducant ad eligendum, non peccant, *Pelliz.* tom. 2. n. 100. & *Steph.* supra, prohibetur tamen, nullus intra Monasterium Monialium sepeliatur bene autem intra ecclesiam exteriorem, *Pelliz.* tom. 5. n. 174. De quo multa videri possunt apud *Pignat.* tom. 4. conf. 177. qui tom. 1. conf. 118. rectè dicit posse esse justas causas concedendi, si filia cujusdam Principis etiam intra claustrum Monialium sepeliatur. Dubitatur autem, an peccetur, si cadaver alicujus defuncti occultè transferatur de uno in alium locum, ubi sepeliatur non persolutà quâ parte funeralium illis Parochis, per quorum Parochias transit: *Pelliz.* tom. 177. dicit nullum fore peccatum, quia usus est timoratorum habet, ut ideo sibi non faciat scrupulum, unde talis lex non censetur habere locum pro foro conscientie, attamen notat *Abnigant* in praxi Pastoralis pag. 1098. ex declaratione *S. Congreg.* 12. Januarii 1604. nullos Regulares invito Parocho posse efferre funus è Parochia exemptorum, Parochum non tantum posse prosequi, sed etiam cum Cruce, superpelliceo &

E. VII.
20. II.

Tâ n. 01
P. Clau. di
La Croi

Tom. V

Ca.

ad stare funeri in ecclesia Regulari, attamen officium sepulturæ peragendum esse à Regularibus, latè probat *Pignat.* tom. 3. conf. 48. Quòd in ecclesiis Regularium vel quibuscunque aliis generalia non peragantur, his non competit pars funeralium, sed soli Parochiæ, *Pignat.* tom. conf. 88. Possunt etiam Regulares concordare cum Parochis, ut hi officium illud peragant in ecclesia Regulari, uti probat idem *Pignat.* tom. conf. 50. sed Parochi non possunt petere quartam partem funeralium, si quis sepeliatur apud Regulares ab eo onere privilegiatos, si apud hos non fiat funeralia; uti fusè habet *Pignat.* tom. conf. 145. Et è contrà Regulares non possunt cum sola funus apud se sepeliendum profèqui, quia stola denotat jurisdictionem externam, quam ad hoc non habent, nisi deleget Parochus, *Pignat.* tom. 5. conf. 54. n. 1. Statutum etiam est à *S. Congregatione*, ut in funeralibus unica tantum Crux deferatur, non Regularium, sed solius Parochiæ, vel certè solius Capituli cathedralis, si hoc comitetur, nisi alia alicubi sit consuetudo, uti notat *Pignat.* tom. 6. conf. 59. à n. 13. & iterum conf. 74. Plura adhuc circa controversias inter Parochos, Confraternitates & Regulares ratione præferendæ Crucis, gestandæ stolæ, & habendi funeralia, videri possunt etiam per declarationes *S. Congregationis* decisa apud *Pignat.* tom. 8. conf. 73.

§. 3. Pro contrahenda Parochia, præsertim in ordine ad funeralia, requiri verum domicilium, id est, cum animo perpetuò ibi habitandi, docent *Pignat.* tom. 7. conf. 63. *Pontius De Matr.* s. c. 13. §. 2. & alii, ideòque putant ecclesiæ domicilii deberi quartam partem funeralium, sed

sed standum est dictis l. 6. p. 3. à n. 721. nempe per animum alicubi habitandi per majorem anni partem acquiri quasi domicilium sufficiens ad omnia Sacramenta, excepto Ordine; interque ad funeralia, & docet quotidiana praxi in his partibus, si hic moriatur externus studiosus vel ancilla, quòd hic sepeliatur, nec quicquam ideo solvatur Parocho proprii domicilii. Atque hanc sententiam latè cum aliis tenet *Sperell. decif. 87.* ubi etiam docet, si Titius domum propriam in Parochia S. Petri elocet, & condidit domum in Parochia S. Martini animo hic habitandi per majorem anni partem, si hic moriatur, esse hic sepeliendum. Infantes sepeliuntur in sepulchris majorum, & præcipuè Patris. Si duo in sepulchro ultimi mariti, etiam si alibi habitasset, uti fuisse *Sperell. decif. 88.* nisi alibi esset sepulchrum.

239. §. 4. Si sæcularis homo ivisset ad Monasterium ibi tantum habitaturus, relicto proprio domicilio, putat *Pignat. supra n. 12.* jus sepulture spectaturum ad Parochum illius Parochie in qua est Monasterium, & si alibi petierit sepeliri, soli Parochie deberi quartam partem facultatis, quia exempti habent jurisdictionem tantum quoad personas subditas Monasterii non quoad alias, *Cap. Per exemptionem, De privilegiis leg. in 6. Rota sæpius, Anchar. & alii*: licet enim Monasteria non sint de Parochia, tamen sunt de Parochia. Et idem dicit de puellis & familiaribus Monasterio habitantibus: Sed contra est, si quis in Monasterio habitans, si ad Monasterium iverint animi perpetuò habitandi, fatentur *Pignat. & Pignat. supra* contrahi Parochiam, ergo etiam jus sepulture: deinde docet absolute *De Luca De Parochia*

23. si quis moriatur in hospitali intra Parochiam constituto, & in ejus ecclesia vel cœmeterio sepeliatur, nihil deberi Parocho: si autem sepeliatur in alio loco extra hospitale, tum tantum debetur Parocho saltem 4ta pars funeralis. Preterea per Bullam *Pauli III.* habemus, prout fertur in *Comp. privil. V. Familiares, §. 1.* quod in nostris cœmeteriis sepelire possimus omnes, qui in nostris morantur obsequiis, quod etiam notant *Mol. Rodrig. Dicast. n. 210.* quamvis *Gob. in quin. tr. 5. c. 42. n. 170.* hoc intelligat de illis familiaribus tantum, qui serviunt & habitant constantiter in domiciliis nostris, alii tamen cum *Diana p. S. tr. 7. R. 95. & p. 9. tr. 1. R. 27. 28. & p. 11. tr. 4. R. 14.* intelligunt etiam illos domesticos, qui perpetuè commensales sunt, hi enim etiam sunt de familia: Refert tamen *Pignat. tom. 1. conf. 306.* declarationem *S. Congreg. non licere Regularibus alicui per aliquot tantum dies commoranti in suo Conventu Sacramenta ministrare aut mortuum sepelire absque licentia Parochi, cui etiam 4ta funeralis debeatur.*

§. 5. Si quis in testamento disposuerit, ut sepeliatur in Parochia, in qua fuerit moriens, & casu moriatur in aliena Parochia, non debet in hac, sed in Parochia domicili sui sepeliri, quia per istum egressum vel brevem absentiam non amiserat eam Parochiam, nec alteram acquisiverat, *Pignat. tom. 4. conf. 151.* Notatque *Schiara l. 4. diff. 44.* legatum, quod quis fecit pro ecclesia, sub conditione, si ibi sepeliatur, valere & ab heredibus solvendum esse, si quid accidat, ob quod non possit vel non debeat ibi sepeliri, quia talis dispositio ad piam causam, secundum Jura & mentem disponentis, est favorabilis & dispositio,

nentis, est favorabilis & disponenti, & illi, pro quo disposuit, ergo cum sit utile disponenti de re ecclesie legatum pro sua anima, & per ecclesiam non stet, quominus impleatur conditio, favor ille relinqui debet & disponenti & ecclesie, pro qua disposuit.

241. §. 6. Si quis habitet in confinio, id est, si domus sit partialiter in fundo duarum Parochiarum, notant *Bartol. Bald. Barb. De off. Episc. alleg. 3. n. 71. De Justis, l. 2. c. 10. n. 64. Pignat. tom. 8. conf. 8. n. 7. Kugler De Matr. n. 298.* pertinere ad illam Parochiam, ex qua est ingressus in domum, adeoque inquilinos esse in ea sepeliendos. Si autem sint duæ portæ, ex qua Parochia est porta principalis sive anterior facies domus, quia hæc censetur nobilior. Quod si tota domus erat in fundo Parochiæ A. & adjungantur ecclesiæ secundaria fundata in vicina Parochia B. & ædificium adjectum accedit ad principale, & ad ejusdem Parochiæ A.

242. §. 7. Sepultura debet fieri tribus saltem cubitis ab altari in tumba profunda, & non in pulchro supra terram exstructo, potestque, quæ vult Parochus, in ecclesia sua Parochiali sepelire, *Nap. Barb. supra, Pelliz. c. 5. n. 1174.* Missa non est celebranda in altari, sub quo, vel sub cuius gradibus humata sunt defunctorum cadavera, uti ex decreto *S. Congreg. d. 1. 6. p. 1. n. 2067.*

243. §. 8. Impubes ob consilii imbecillitatem non potest sibi sepulturam eligere, nisi malitia impleat ætatem, *Sperell. decif. 89. n. 2.* Ubi est consuetudo legitime præscripta, posset ei eligere pater aut mater, uti fusè deducit *Sperell. à n. 1.* quod intelligit *Pignat. tom. 7. conf. 21. vivens adhuc*

illuc, non autem mortuo filio, per se loquen-
 tem, qui tom. 4. conf. 208. à n. 7. hoc extendit
 etiam ad proles naturales, spurias, adoptatas.

§. 9. Solus Episcopus, & non Parochus (nisi 244.
 in locis ubi alia consuetudo) potest alicui conce-
 dere jus proprium & perpetuum sepulturæ in
 loco, è quo alios possit excludere, & hac
 eadem conditione additâ, quam statuit Pius V.
 ut cadavera profundè insepeliantur, Barb. suprâ,
 in Instr. 4. Paroch. p. 5. membro 23. Ha-
 bens jus Patronatus non ideo habet jus sepultu-
 ræ in ecclesia, Barb. n. 13. An sit simonia vendere
 ius emere jus sepulturæ in loco sacro, dixi l. 3.
 à n. 185.

§. 10. Canonicus Cathedralis habitans pri- 245.
 vatim in Parochia urbis, èd quòd Curiam in
 campo Cathedrali non habeat, debet Sacramen-
 ta recipere à Parocho domicili, quia licet Cathed-
 ralis ecclesia sit matrix pro illis, qui ad eam
 volent accedere pro Sacramentis recipiendis,
 non tamen ita, ut Parochus Cathedralis possit
 administrare in aliis Parochiis. Hoc non ob-
 stante, si ibi moriatur talis Canonicus, debet se-
 peliri in Cathedrali, si in hac sit locus sepulchri
 proprius Canonico: si autem talis non sit,
 sepeliri debet in sepulchro majorum, quia se-
 pulchrum Parochiale ultimo loco succedit, tan-
 tum in defectu tum proprii sepulchri Canoni-
 calis, tum sepulchri majorum, tum electæ alibi
 sepulturæ: His tamen iterum non obstantibus,
 ubicunque sepeliatur, debetur tali ecclesiæ
 Parochiali saltè una pars funeralis, quia jus
 ita funeralis consequitur ad jus administrandi
 sacramenta, ita cum communi Pignat. tom. 8.
 conf. 5. qui tom. 6. conf. 59. probat Canonicos

ecclesiæ Cathedralis vel Collegiatæ non possunt sepelire alia corpora defunctorum ex alienis Parochiis, sine horum Parochorum consensu.

246. §. 11. Advenæ & viatores, qui Clerici non sunt, si alicubi casu moriantur, secundum *Pignat.* tom. 1. conf. 145. & tom. 4. conf. 138. etiam in ex declaratione *S. Congregationis*, debent sepeliri in Cathedrali; sed rectè cum aliis contradicentibus *Sperell.* decit. 87. à n. 13. sepeliuntur enim, saltem ex consuetudine, in Parochia, in qua moriuntur, & in qua acceperunt extrema Sacramenta, si ignoretur paternum sepulchrum, vel eodem modo deferri non possint.

247. §. 12. Moriens in carcere, secundum aliquos sepeliri deberet in Parochia sui antiqui domicilii, quod non deseruit; ideòque putant hanc ecclesiæ deberi tam funeralem, si alicubi elegit sepulturam; Neque est idem, quod de familiaribus & studiosis, nam hi liberè habitando alibi acquirunt quasi domicilium, incarceratus autem non liberè ibi detinetur. Oppositum tamen probabilius tenent alii cum *Pignat.* tom. 7. conf. 86. quia quamvis ibi contra voluntatem detineatur, attamen spectat ad Parochiam carceris quoad Sacramenta recipienda; quod certum videtur saltem de alicubi damnatis ad perpetuum in carcerem, vel in exilium involuntarium mitti, ubi enim mori vel exulare debent, ibi censentur etiam inviti habere domicilium, *L. Filii.* c. 1. *Relegatus* 3. ff. *Ad municip.* Videri potest *Regle.* De Matr. à n. 299.

248. §. 13. Clericus, qui administrationem habuit in ecclesia, vel ex alio titulo tenebatur residere, sepeliri debet in ecclesia, *Barth. de* Alius Clericus peregrinus alicubi moriens, debet

non possit sepeliri in Cathedrali, *Sperell. decif. 87. n.*
 Religiosus, si commodè deferri non possit
 ad Monasterium, sepeliri debet à Parocho loci
 non aliter ac peregrinus, & in ecclesia quidem,
 commodè fieri potest, *Lohn. suprâ. Novitius*
 in domo paterna moriens cum habitu re-
 ligioso, sepelietur in Monasterio sine obligatio-
 ne solvendi canonicam Parocho, quia gaudet
 iuribus & privilegiis Ordinis, *Sanch. Dicast. De*
ult. l. 2. tr. 19. d. 3. n. 209. & pluribus declarat
Pignat. tom. 7. conf. 70. De cætero Religiosus
 non potest sibi eligere locum sepulturæ, cum ca-
 reat voluntate propriâ, *Cap. ult. De sepult. &*
 communis cum *Sperell. decif. 89. n. 1. Sacerdo-*
 tes autem posse sepeliri in vestibis sacerdotali-
 bus sacris, latè demonstrat *Pignat. tom. 3. conf.*
 35. Plura de sepulturis Regularium videri pos-
 sunt apud *Pignat. tom. 4. conf. 199. Plura adhuc*
 circa electionem sepulturæ videri possunt apud
 eundem *Pignat. tom. 1. conf. 17. & 337. Circa*
 quartam autem partem funeralium Parocho
 debitam, *tom. 4. conf. 215. tom. 7. conf. 36.*
 de specialiter quoad urbem Romanam, *tom. 8.*
conf. 3.

§. 14. Si Religiosus contra statuta sui Or- 249.
 dinis inveniatur retinuisse pecuniam, *Cap. Super*
quodam De statu Monach. statuitur, ut sepeliatur
 in sterquilino cum pecunia; non est autem o-
 pus, ut tota pecunia cum ipso sepeliatur, sed satis
 est, si pars; Quod si jam esset sepultus, si absit
 scandalum, extrahi debet, & in sterquilium
 deferri, *Castrop. tr. 16. d. 3. pu. 24.*

§. 15. Si catechumenus vel infans alicujus 250.
 infidelis sepeliatur in ecclesia vel cœmeterio, an
 hæc ideo polluantur, dixi l. 6. p. 2. n. 287. Et te-
 net

net Gob. De Bapt. n. 620. catechumenum posse
 loco sacro sepeliri, quia *Im. III. Apostolicam*, De
 Presbyt. non baptiz. vult pro tali offerri precos
 & hostias: sed melius contradicunt alii cum *Suar.*
 & *Laym.* quia non baptizati simpliciter exclu-
 duntur ab hoc favore sepulturæ sacræ. Si autem
 quis moriatur cum Baptismo dubiè valido,
Schild. tr. 6. c. 2. n. 17. dicit non posse sepeliri lo-
 co sacro, quia hîc sepeliri est favor seu privile-
 gium, quo qui gaudere vult, probare debet se
 habere condiciones ad illo fruendum requisitas,
 inter quas est susceptio Baptismi: Et ideo pasto-
 rale Mechliniense prohibet eum infantem sepe-
 liri loco sacro, qui in pede vel manu ex tunc
 protensa est baptizatus, si postea in eo non sint
 animadversa signa vitæ: Nihilominus etiam
 probabile est, quòd talis infans, de quo certum
 non est esse invalidè baptizatum, possit in loco
 sacro sepeliri, nam privari sacrâ sepulturâ non
 tantum est negatio favoris, sed in æstimatione
 hominum est veluti pœna, in dubio autem, ac
 adsit causa pœnæ, non est infligenda pœna, me-
 lior est enim conditio negantis, hinc Ecclesiâ
 meritò permittit sepeliri in loco sacro: Et ratio
 ulterior est, quia pro ipso est Baptismus, quan-
 vis autem de ejus valore dubitetur, tamen Ec-
 clesia non vult contra eum in isto rigore proce-
 dere, ita *Diana, p. 4. tr. 3. R. 69. Gob. n. 653. Sepulch.*
tr. 4. d. 9. n. 45. & ideo etiam *Homobonus, Diana*
Schild. ipse concludunt eum, qui juxta probabi-
 lem aliquorum sententiam est validè baptiza-
 tus, posse monito priùs Episcopo sepeliri in loco
 sacro. Sententia tamen *Silvestri*, qui dicit, si bap-
 tizandus moriatur ante prolatam totam fide-
 mam, adhuc esse sepeliendum loco sacro, mæ-
 rejici-
 stota fe-
 mum t-
 vixisset
 poterit
 §. 1
 baptiza-
 fruendu-
 prio,
 quòd ac-
 quam E-
 fasticar-
 bari deb-
 uero m-
 te, qui-
 tris, D-
 notans
 sepeliri
 §. 1
 ideoqu-
 peliend-
 acquiri
 li impre-
 Catholic-
 habent
 fren, hoc
 que veste
 am didic-
 cificium
 pulta, h-
 sitionis
 ribus.
 §. 1
 aut non
 ecclesia

reijcitur à Mendo, diff. 9. n. 14. quia certum est, si tota forma non sit prolata infante vivo, Baptismum non valere. Aliud est, si dubitaretur, an transisset usque ad finem, uti semper dubium esse poterit, si sub principium formæ vixerit.

§. 16. De quo dubium est, an ullo modo sit baptizatus, sepeliri debet loco profano, quia ad fruendum favore seu privilegio Christianis proprio, prærequiritur probatio saltem aliqua, quod ad sit conditio requisita, conditio autem, quam Ecclesia prærequirit ad sepulturam ecclesiasticam, est Baptismus, qui saltem dubiè probari debet, *Schild.* si tamen certum sit prolem in utero matris esse mortuam, sepelitur cum matre, quia fœtus adhuc conjunctus, est pars matris, *Dicast. supra n. 215. Sperell. decis. 88. n. 19.* motans, si fœtus sit extractus & non baptizatus, sepeliri extra locum sacrum.

§. 17. Si dubitetur, an quis reipsa sit homo, ideoque baptizetur sub conditione, videtur sepeliendus loco sacro, quia per Baptismum talem acquirit jus, & ita in libro anno 1701. Herbipoli impresso, cui titulus, *Jubilæum seculare Ecclesiæ Catholice &c. parte tertiâ ad annum Christi 1403.* habentur sequentia: *Mulier quædam aquaticæ, sive siren, hoc anno ad Eridanum fluvium Hollandiæ capta est, que veste venustè induta, ducta est Harlemum, nere etiam didicit, pane & lacte victitans, semper muta, & Crucifixum adorans, ideoque post mortem ritu Christiano sepulta, habita tum grande miraculum sine omni periculo scilicet, & res probata testibus omni exceptione majoribus.*

§. 18. Qui non est semel in anno confessus, aut non communicavit in Paschate, privatur ecclesiasticâ sepulturâ, *Cap. Omnis utriusque sexus,*

De pœnit. & remiss. Hac tamen pœna prærequirit sententiam Judicis, & est ferendæ tantum sententiæ, *Castrop. tr. 21. p. 5. n. 14. Gob. in Exp. t. 4. n. 49. Tambur. de Communione c. 4. n. 67.* Et addit n. 66. *Cum igitur nunc vix in usu sit, ut contra aliquem similis sententia fulminetur, nonquam ex hoc capite erit fidelis à sacra sepultura depellendus.* Nec pœna illa infligi solet, si quis intra annum communicarit in Parochia, quamvis id non fecerit in Paschate. Addit *Dicast. supra n. 218.* ut investigatur, debere abesse omnem probabilem causam excusationis seu impedimenti.

254. §. 19. Si quis moriatur, de quo dubitetur, an sit confessus in anno vel communicarit in Paschate, non ideo est privandus sepulturâ in loco sacro, quia ipse per Baptismum est in possessione juris, nec delicta debent præsumi, *Tamb. supra.*
255. §. 20. Omnes, de quibus publicè constat, quòd in peccato mortali obièrint, privandi sunt sepulturâ ecclesiasticâ *Cap. Quibus & seqq. 1. 4. 2. Glossa ad c. 3. De usuris, & communis cum Dicast. n. 224.* Unde si constaret aliquem in formali ebrietate esse mortuum, sepeliri deberet loco profano: quia tamen id vix unquam constat, quòd sciri non possit, an peccatum interius fuerit grave, deliberatum, plene liberum, an ebrietas fuerit prævisa &c. item an homo interitus non retractarit, non facile poterit aliquem quacunque præsumptione privari sepulturâ, in exemplis ostendit *Lezana apud Gobar. supra n. 33.* sed expectanda semper erit sententia Judicis, aut sequenda erit consuetudo diœcesis, in qua quis est, ita cum aliis *Gob. in Quin. tr. 5. c. 5. n. 2.* Et communis sententia est, si quis testatus Titium in ultimo vitæ articulo pœnituisse, cum

non cenferi impœnitentem, nec privandum esse
sepultura in loco sacro, sed ad tollendum scan-
dalum publicari debet, quod eum pœnituerit,
adeoque implicite revocari delicta, & propo-
nerit vivere melius. De cætero notat *Dicast.* su-
prâ, si quis in facto, quod nullo modo excusari
potest à mortali, occisus deprehendatur, non
præsumi decessisse contritus, mutatio enim ani-
mi est quid facti, quod non præsumitur, sed pro-
bari debet.

§. 21. Ad evitandas graves querelas propin- 256.
quorum, & ad servandam defuncto famam, po-
test sacra sepultura permitti illi, qui repertus est
mortuus vel in laqueo vel in puteo, nisi obster
consuetudo loci, vel positivè constet eum mor-
tem sibi liberè intulisse, & non ex alienatione
mentis, *Trullench. Burgh. cent. 3. cas. 20. Barb. su-
prâ p. 3. c. 26. n. 4.* cum aliis multis; Signum
autem sufficiens suspicandi, quod adfuerit alie-
natio mentis est, si antea animadversus est desi-
gi in melancholia, *Gobat. supra n. 15.* Item si
mane sit confessus, communicarit, & postea in-
veniatur mortuus cum laqueo in collo, *Nav. Ro-
drig. & Gob. n. 53.* Putat tamen *Lohner*, si commo-
de fieri potest, & sit suspicio voluntariæ cædis,
quod melius exspectetur iudicium Episcopi. An
cadaver Rei in carcere mortui inventi, privari
debeat sepulturâ sacrâ, *dixi l. 4. n. 1477.*

§. 22. Etiam privatur manifestus usurarius, 257.
Cap. *Quia*, De usuris, Cap. *Quamquam* De usuris
in 6. Item manifestus raptor, si in eo peccato
moriatur, *Dicast. n. 220.* Item concubinariï tam
laici quàm Clerici morientes in ejusmodi pecca-
to sine signo ullo pœnitentiæ, quale esset tunde-
re pectus, petere Confessarium, invocare nomen
JESU,

JESU, communis cum Pignat. tom. 9. conf.
139. à n. 228.

258. §. 23. Cap. Sicut, 8. §. Si autem, De hæret.
Cap. Sacris 12. De sepult. & alibi prohibetur, ne
hæretici loco sacro sepeliantur: & si fiat, locus
talis sepulturæ redditur in perpetuum profanus.
Putant quidem Nav. Lugo De fide, d. 14. n. 159,
& alii multi apud Gob. n. 27. ista intelligi de hæ-
reticis nominatim denunciatis seu vitandis, sed
contradiciunt alii cum Krim. n. 656. & 1915. si
notoriè decedant in hæresi, nam si hæresis sit for-
malis & externa, propriè sunt hæretici. Licetum
tamen est hæreticum & excommunicatum sepe-
lire loco profano, ne cadaver inhumatum aërem
infiat, id enim fit ex necessitate & in favorem
vivorum, Dicast. n. 468. Idem dicunt aliqui, si
fiat in loco profano, v. g. titulo consanguinita-
tis, Canones enim vetant fieri favore hæresis &
in loco sacro.

259. §. 24. Ad redimendam gravem vexationem
potest Parochus permittere, ut ab acatholicis in
loco sacro sepeliatur, v. g. Officialis hæreticus,
quia hæretici in his partibus tolerantur, nec
sciuntur esse formales: hinc passim in quibus-
dam dicecesibus sepeliuntur etiam in templis, sed
quòd ibi habeant certa loca sepulturæ pro fami-
liis suis, nec possint sine gravissimis incommo-
dis isto jure privari. Et universaliter dicunt Es-
cob. & Krim. n. 1915. excommunicatos toleratos
sepeliri à suis posse loco sacro, quia fideles licet
communicant cum eis etiam vivis.

260. §. 25. Non peccat, qui amicitia vel huma-
nitatis causâ in his partibus comitatur funus
hæretici, non enim sunt hic vitandi, estque tate-
tium honor politicus, Less. in Auct. V. Hæreticos
causâ

casu 27. *Angel. Suar. Sayr Ugol. Pignat. tom. 2. conf. 59. n. 2. contra Gloss. Regim. & alios.*

§. 26. Excommunicantur omnes ipso facto, 261.
qui scienter præsumpserint ecclesiastica sepultura tradere hæreticos, Cap. Quicumque 2. De hæret. in 6. quæ pœna cadit etiam in laicos sepelientes: intelligitur autem de hæreticis saltem vitandis: Et si sequamur rigorem Canonum, non esset absolvendus talis sepeliens, nisi propriis manibus personaliter & publice ossa exhumerit, Sperell. decis. 106. n. 43. Eadem pœna cadit in eos, qui tempore interdicti extra casus concessos scienter sepeliunt nominatim interdictos vel usurarios manifestos, Clement. Egs, De sepult. Putantque Suar. Castrop. d. 2. pu. 6. n. 15. aliique cum Krim. n. 1918. etiam comprehendendi mandantes, quia qui physicè sepeliunt, communiter sunt homines indocti, quos excusat ignorantia, ergo ne lex sit frustranea, debet extendi etiam ultra proprietatem verborum ad mandantes ipsos: Addunt Less. & alii cum Pignat. tom. 2. conf. 59. n. 2. etiam autorizantes, quales sunt Parochi & alii, qui funeri præsumunt: Item Sayr. Regim. Pignat. eos omnes, sine quibus talis sepultura ecclesiastica non perficeretur, uti sunt portantes feretrum, fodientes, Clerici cantantes, officium peragentes, cum Cruce præeuntes, non impediendes, cum ex officio tenentur, verbo, omnes & solos, qui talem sepulturam procurant vel admittunt ad illam. E contra Caj. Nav. Henriq. Avil. Tolet. Dicast. d. 2. n. 729. Steph. tr. 5. d. 5. n. 269. intelligunt solos physicè & per se exequentes, quia pœnalis lex non est extendenda ultra significationem verborum, neque ideo lex erit frustranea, etiam si solos exequentes comprehendat, cum sæpe tales sint, qui

qui id sciunt & tamen faciunt. Putant autem
Avil. Nav. Fill. Dicast. n. 731. talem sepelientem
 etiam incurrere excommunicationem mino-
 rem, quia communicat cum excommunicato
 sed *Suar. Castrop. Krim. n. 1922.* probabiliter ne-
 gant, quia excommunicatio minor videtur ob
 gravitatem delicti esse commutata in majorem.

262. §. 27. Huc pertinet solutio sequentis casus:
 Cajus Pastor catholicus in cœmeterio catho-
 licis & hæreticis communi, hæreticum relapsum,
 pertinacem, qui etiam in extremis non permittit
 accessum Pastoris catholici, sepelit more catho-
 lico cum Cruce, in superpelliceo & stola. *Quæ-
 ritur, an bene. Rædo.* Non bene, uti dixi l. 2. n. 111.
 Ratio est 1. quia ita sepelire est factum probatum
 fuisse ovem suam, esse mortuum in Ecclesia ca-
 tholica, esse ex judicio Ecclesiæ dignum favori-
 bus, orationibus & communibus ac publicis
 suffragiis, quæ in talem hæreticum non cadunt,
 aut si ista in illum cadunt, poterit Cajus pro illo
 etiam decantare Missam, & pro more Catholico
 habere exequias, quod certò est illicitum, & pe-
 reret grave scandalum apud fideles. 2. Non est
 illicitum sepulturâ ecclesiasticâ honorare ali-
 quem, de quo probabile non est esse mortuum
 in gratia, sed non est probabile de hoc homine
 sic mortuo, ergo. 3. Sic sepelire, est factum proba-
 teri probabile esse, quod ejusmodi hæreticus sit
 in gratia mortuus, & consequenter est æquiva-
 lenter dicere ipsius fidem esse veram, nostram
 autem ac Sacramenta apud nos non esse neces-
 saria ad salutem, quod certò est mortale, imò
 hæreticum. *Si dicas, fortè fuisse materialem cau-
 sàm hæreticum, Contrà est, nam id prius proban-
 dum esset. Deinde hoc in foro externo non per-
 sumit*

finitur
 cedit cu
 malibus
 tholicis
 non aut
 riniani
 cunt no
 §. 28
 culo m
 Clerico
 orat. 1.
 posse sep
 ris prob
 lem por
 men con
 nam ex
 probabi
 dubio
 partem
 dis à n.
 §. 29
 ciatus i
 tentiæ &
 in loco
 nobis, 2 S
 apud. De
 apud Eco
 sta à n.
 tem, ut
 Ecclesiæ
 §. 30
 telligitu
 ecclesia
 vel per
 ram fid

mittitur. Denique Ecclesia in foro externo procedit cum ejusmodi materialibus, uti cum formalibus, hinc tantum permittit sepeliri ab a Catholicis ipsis in ejusmodi communi cœmeterio, non autem ita sepelit: imò nec Prædicantes Calviniani ita volunt sepelire Lutheranos, quia dicunt non esse oves suas.

§. 28. Si quis dans signa pœnitentiæ in articulo mortis sit à censuris absolutus à laico vel Clerico non Sacerdote, *Sylvius* in variis Resol. orat. 1. De absol. morib. fuse contendit, non ideo posse sepeliri loco sacro, quia ex nullo textu Juris probabiliter ostendi potest, quòd Ecclesia talem potestatem dederit non Sacerdotibus: Attamen contradicunt *Sanch.* & alii apud *Pelliz.* n. 59. nam ex dictis n. 130. est saltem aliquo modo probabile talem absolutionem valere, & in tali dubio videtur inclinandum in benigniorem partem pro favore defuncti, uti colligitur ex dictis à n. 251.

§. 29. Quamvis excommunicatus denunciatus in fine vitæ dederit maxima signa pœnitentiæ & submissionis, non ideo potest sepeliri in loco sacro, si à nemine absolutus sit, *Cap. A nobis*, 28. De sent. excomm. quia quamvis absolutus apud Deum fuisse creditur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus: Attamen secundum dicta à n. 173. corpus absolvi potest post mortem, ut defunctus sic sepulturâ sacrâ & precibus Ecclesiæ gaudeat, *Sylvius* suprâ, *Dicast.* n. 726.

§. 30. Per locum sacrum in hac materia intelligitur ecclesia, cœmeterium, etiamsi sit ab ecclesia separatum, & omnis locus ab Episcopo vel per consuetudinem deputatus ad sepulturam fidelium, *Pelliz.* tr. 7. c. 2. n. 35. etiamsi nec-

necdum sit consecratus : item omnis locus , in quo consuevit dici Missa , quæ eum veluti consecrat : item ambitus templi , *Krim.* n. 1919. Locus autem alius , quamvis sit ecclesiæ proximus , de nullus murus eum separet à loco sacro , non ideo est sacer , *Dicast.* n. 739. Et non est sub pœna prohibitum sepelire in tali loco profano , dummodò Ecclesiæ ceremoniæ non adhibeantur , tum enim non est sepultura ecclesiastica , *Suar. Bonæ. Gibal. Krim.* suprâ. Qui autem etiam remote tantùm concurrunt ad sepulturam excommunicati vitandi , etiam in loco profano , incurrun communicationem minorem , quia cum

266. eo communicant , *Cap. Sacris, De sepul.*

§. 31. Si ossa excommunicati vitandi discerni non possint ab ossibus fidelium , relinqui possunt , attamen locus iste sacer manet execratus , donec reconcilietur , *Cap. Consulisti, De consecr. altar. & eccles.* Si tamen res occulta sit , non peccant , qui in tali loco divina peragunt , *Krim.*

267. n. 1626.

§. 32. An illi , qui in duello moriuntur , privandi sint sepulturâ sacrâ , item an illi excommunicentur , qui mortuum in duello sepeliunt , dixi l. 3. p. 1. à n. 862. Statuitur autem *Cap. 1. & 2. De torneam :* ut illi , qui in torneamentis sive hastiludiis , ex quibus probabile mortis periculum impendet , occubuerunt , priventur , etiam si pœnitentiam & Viaticum acceperint. Quomodo interdictum privet sepulturâ ecclesiasticâ

268. dicitur iterum n. 421.

§. 33. Huc reducitur solutio sequentis casus. In quibusdam Parochiis Catholicis habitant acatholici , qui dum moriuntur , amici acatholici petunt , ut campanæ templi catholici pul-

E. VII.
20. 11.

Clav di
La Croi

Tom. VI

Ca

sentur, & hoc putant sibi jure deberi, quia concurrerunt ad sumptus pro ædificanda turri & comparandis campanis. *Queritur*, an Parochus licitè mander id fieri, & Custos catholicus licitè pulsar. *Respondeo*, dixi l. 2. n. 99. non esse licitum catholicis sponfis adhibere benedictionem matrimonialem: hinc paulò antè dixi non esse licitum acatholico adhibere ceremonias sepulturæ ecclesiasticæ: præterea dixi l. 6. p. 3. n. 995. licitum non esse puerperam acatholicam inducere in templum cum solitis in Ecclesia ceremoniis purificationis, & ratio præcipua erat, quia sic videretur haberi communicatio in divinis cum homine excommunicato, quæ tamen tali excommunicato illicita est, simile quid videri posset esse in pulsatione campanarum benedictarum, quia per talem pulsationem rogatam & nomine hæreticorum factam viderentur hi cum catholicis communicare in re aliqua ecclesiastica: Nihilominus non satis video, cur id sit illicitum, nam hæretici petentes intendunt id fieri, vel tantum causâ honoris politici, vel ut omnes respiciant de morte sui defuncti, & quidquid tantum intendant, iste sonus campanæ quantumvis benedictæ est aliquid extrinsecè, & non dicendum absolutè aliquid divinum aut ecclesiasticum: Catholicus autem Pastor pulsari mandans aut Custos pulsans ad summum posset si pro illo campanæ intendere, ut fideles pro tali defuncto orent, quod licitè petere potest & facere Catholicus, fortè enim tales defuncti fuerant materiales tantum hæretici, aut pœnituerunt in fine, & saltem oratio potest aliis defunctis proficere, aut etiam viventibus amicis hæreticis, pro quibus licitum est orare, nam l. 6. p. 2. n. 33.

Tom. VIII.

Ggg

dixi

1577

dixi licitum esse privatim orare pro excommunicatis, etiam vitandis: & addidi n. 34. probabiliter licitum esse usque adeo etiam publice & directe offerre sacrificium Missæ pro excommunicatis non vitandis, quamvis illis illicitum sit hæc petere; tales autem vitandi non sunt, ut certum est, ergo. De cultu, decore, pompa merito servanda in sepulturis & exequiis, videri possunt multa apud *Pignat.* tom. 4. conf. 219. Quod autem nulli, nequidem Episcopo duarum ecclesiarum teneatur hæres instituere duplices exequias funebres, probat tom. 5. conf. 58.

269. Q. 30. Quid addendum sit circa privationem civili communicationis. R. §. 1. Excommunicati, quantumvis non sint denunciati, tenentur sub peccato abstinere à civili communicatione cum aliis, nisi enim est illis prohibitum: si tamen faciant, hoc incurrunt excommunicationem minorem. *Dicast.* d. 2. n. 380. 473. 494.

270. §. 2. Qui non est excommunicatus, non peccat, si etiam sine causa agat cum excommunicato non denunciato, sive in sacris sive in profanis, quia *Conc. Constantiense* absolute ad hoc potestatem facit: unde & talis excommunicatus, si preventus sive rogetur, non peccabit communicando, sed tum tantum peccabit, quando sponte se primus ingeret, *Castrop. Gibal. Dicast.* 380. iterumque à n. 476. Si tamen uterque excommunicatus, neuter sub pœna excommunicationis minoris auderet agere cum altero, quia hoc est concessum in favorem aliorum delictum non excommunicatorum, *Dicast.* n. 494. *Gibal. Krim.* n. 1869. 1998.

271. §. 3. Vitandus seu non toleratus, debet vel notorius Clerici percussor, vel publice

preſe & nominatim denunciatus. De percuffio-
 Clerici, dicam à n. 300. De denunciacione
 cenſuræ, dixi aliqua à n. 75. & jam plura addam.

§. 4. Ut quis fit vitandus, non eſt ſatis, quòd ^{272.}
 denunciatus eſſe, v. g. hæreticus, ſed debet
 eſſe denunciatus excommunicatus, unde non
 ſufficit denunciatio cenſurati & criminis ipſius,
 ſed requiritur denunciatio excommunicationis
 ideo incurſæ, Nav. Sanch. Regm. Caſtrop. Gibal. Krim.
 n. 1864. contra Covarr. Salas, Gut. Avil. Bonac. San-
 zar. Nec ſufficit cenſuram eſſe in tribunali pro-
 mulgatam, niſi fit per cedulones denunciata,
 Covarr. Avil. Suar. Laym. Pignat. tom. 4. conſ.
 133. n. 2.

§. 5. Si quis fit uno loco denunciatus, Hen- ^{273.}
 ry. Vaſq. Fill. Bonac. & alii dicunt eſſe ubique vi-
 tandum, quia eſt ſimpliciter denunciatus, quem
 Jura dicunt eſſe ſimpliciter vitandum. Contra
 dicunt valde probabiliter Sanch. Avil. Caſtrop. Kri-
 mer & alii, quia ex hoc, quod fit publicus denun-
 ciatus in uno loco, non ideo eſt publicus denun-
 ciatus in alio, Jura autem non dicunt qualem-
 canque, ſed publicè denunciatum eſſe vitan-
 dum; hinc non teneor vitare privatim denun-
 ciatum, requiritur enim denunciatio notoria,
 ergo ubi non eſt notoria, ibi vitare non teneor.
 Nec obſtat, quòd ſecundùm dicta l. 6. p. 3. n. 951.
 quid fit in uno loco notorium, Romæ habeatur
 tanquam ſimpliciter notorium, nam id ſpe-
 cialiter obſervatur quoad diſpenſationes è S. Pæ-
 nentiarum petendas, nec ideo extendi debet
 ad alia.

§. 6. Si denunciatio fit dubia, excommuni- ^{274.}
 catus non eſt vitandus, quia, quæ ſunt facti, non
 præſumuntur, & poſſeſſio eſt pro libertate com-
 muni-

municandi. Si denunciatio sit certa, quamvis excommunicatio sit dubia, est vitandus pro foro externo, quia possessio est pro denunciatione, si tamen constaret non esse excommunicatum, vitandus non esset pro foro conscientiae, sed pro scandalo & contemptu. Semel denunciatus semper est vitandus, donec constet de absolutione, sicuti etiam praesumitur durare excommunicationem, si non constet de absolutione, Cap. *Sicut nobis*, 39. De sent. excomm. *Krim.* n. 1873.

275. §. 7. Quamvis aliquis excommunicatus sit denunciatus, non tenetur abstinere à consortio infidelium, quia hi non subduntur Ecclesiae, & prohibitio habet de consortio fidelium, *Dicaft.* num. 454.

276. §. 8. Qui cum excommunicato vitando loquitur, afficiendo eum verbis contumeliosis, non incurrit censuram, quia illa non est excommunicatio civilis & humana, sed potius est averfio & dissocietas, *Dicaft.* n. 457.

277. §. 9. Si quis tali rescribat, purè ideo, ne ostendat inurbanum, *Avila* dicit non incurrit excommunicationem, sed *Dicaft.* n. 461. probabilius dicit incurrit, quia jam satis constat talis excommunicatis esse neganda ob Ecclesiae preceptum, quod magis honorandum est: Possunt tamen quis assurgere v. g. Episcopo aut alii superiori excommunicato, tum ob consuetudinem, tum ad vitandum periculum offensae & damni. Præterea possunt excommunicato recitari verba deprecatoria v. g. Deus te convertat, &c. emendet &c. sic enim est potius locutio cum Deo. *Castrop.* d. 2. pu. 17. n. 2. *Dicaft.* à num. 277. Imò resalutationem fieri posse tanquam debent tam præter *Busenb.* tenent *Henriq. Fill. Krim.* n. 277.

nam autem pro eis offerri possit Missa, dixi l. 6.

l. 1. à n. 31.

§. 10. Excommunicatus etiam vitandus, si 278.
 trahatur ad iudicium ut reus, potest etiam per
 seipsum comparere & se defendere, etiam iura-
 mento, Cap. *Dilecti filii*, §. & Cap. ult. De exception.
Urb. Gibal. Krim. n. 1989.

§. 11. Quamvis per communicationem vi- 279.
 deatur prohiberi dormire in eodem lecto, non
 videtur tamen prohibitum dormire in diversis
 lectis positis in eodem cubili, dummodo illuc
 non conveniant per modum Societatis, aut ad
 eadem negotium gerendum, quamvis enim sint
 in eodem loco, si singuli diversis negotiis inten-
 dant, non censentur communicare, unde si eti-
 am casu in eodem stramine vel lecto conveni-
 rent, aut si non sit nisi unus lectus pro utroque,
 non dicerentur communicare, *Suar. Fill. Regin.*
Dicast. n. 465. iterumque n. 471. contra Avilam
& alios.

§. 12. Etiam prohibentur contractus omnes 280.
 civiles, ut venditio, emptio, locatio &c. qui ta-
 men si fiant, utrimque erunt validi, communis
 cum *Krim. n. 2002.* Valet quoque Matrimoni-
 um, quod contrahitur ab excommunicato vi-
 tando, *Castrop. pu. 16. & Dicast. n. 822.* addens
 quandoque etiam esse licitum. Valet etiam pro-
 fessio religiosa, *Pelliz. Krim. n. 1997.* sunt enim
 quasi contractus naturales.

§. 13. Excommunicatus toleratus conciona- 281.
 ti vel docere non debet, nisi requisitus, aut nisi
 et officio hoc solebat facere, tum enim censetur
 requiri: vitandus autem omnino non debet,
 quamvis requiratur, quia ipse absolutè prohibe-
 tur communicare cum fidelibus, & hi cum illo;

è contrà auditor excommunicatus, quamvis sit vitandus, potest permitti, ut audiat concionem, hæc enim assistentia dirigitur ad ejus correctionem. *Dicast. n. 708.* & habetur *Cap. Responso De sent. excomm. non videtur tamen interesse possessioni v. g. Theologiæ, quia hæc non ita directè pertinet ad salutem animæ vel emendationem, unde professor & reliqui auditores deberent recedere, si talis excommunicatus accederet, uti contra alios probabiliter docent *Avil. Benac. Castrop. d. 2. pu. 9. n. 11. Dicast. n. 557. Krim. n. 1910. quamvis postea n. 1912. faveat oppositæ sententiæ.**

282. §. 14. Si excommunicatus vitandus offerat aliquod debitum titulo justitiæ, admitti potest, imò ad solvendum compelli potest etiam censuris, nam *Cap. Siverè, De sent. excomm. dicitur, ab excommunicatis exigere & recipi posse quod debetur, alias videremini vos damnatum ex pœnitentiâ, ipsi vero præmium ex consumacta reportare.* Si offerat aliquid purè liberaliter, rejici debet, & quamvis peccat acceptans, non tamen retinens, quia non ideo ampliùs communicat, *Gibal. Krim. n. 1999. si offerat pecuniam petens, ut pro se oretur, Gibal. dicit esse rejiciendam, excipit Krim. n. 1914. nisi offerat per modum eleemosynæ; sed credo etiam tum admitti posse, si offerat, ut pro se simpliciter oretur, quia in iis, quæ ad salutem animæ ejus spectant, permittitur cum eo communicatio, secundùm dicenda n. 285.*

283. Q. 31. Quid notandum sit de participante cum excommunicato. R. Hæc pauca. §. 1. Qui scienter & notabiliter communicat seu participat in eodem ipso peccato, ob quod alter jam antecedenter nominatim est excommunicatus & denun-

nvis fir
 ionem,
 reatio-
 onis De
 se posse
 ca dire-
 ndatio-
 es debe-
 accede-
 Avil. Bo-
 7. Krom.
 oppo-
 offerat
 i potest.
 censu-
 licitur,
 eberur,
 ipsi veri
 aliquid
 s peccet
 on ideo
 9. si of-
 r, Gal.
 4. nisi
 o etiam
 mplici-
 amine
 nifica-
 am ex-
 enter de
 in co-
 eceden-
 demun-
 cia-

natus, incurrit eandem cum illo excommunica-
 tionem majorem à Jure latam, quamvis alter ab
 homine fuisset excommunicatus, v. g. qui fovet
 contumaciam excommunicati dicens, ut non
 restituat, qui suadet, ut in eodem crimine per-
 leveret, qui approbat crimen ab alio factum no-
 mine suo: Atque ita videtur decerni Cap. *Nuper*,
 & Cap. *Si concubina*, De sent. excomm. Et ratio
 datur, tum quia agentes & consentientes eadem
 penâ puniri debent, tum etiam, quia sic agens
 contemnit excommunicantem, atque adeo di-
 gnus est penâ ab eo latâ, *Dicast.* d. 2. à n. 507. &
 alii. Si autem quis suadeat vel cooperetur ad
 actum, quo alter primò incurrit excommunica-
 tionem, probabilius est peccare quidem morta-
 liter, sed non incurrere excommunicationem,
 quia de tali non loquuntur Jura, quæ supponunt
 excommunicationem ab altero jam esse contra-
 ctam, *Sanch.* De Matr. l. 7. d. 48. *Dicast.* n. 509.
 contra alios. Quòd si suadeat vel cooperetur ad
 talem actum repetendum, v. g. si quis excom-
 municatus sit propter percussione[m] Clerici, &
 alter suadeat ipsi, ut iterum percutiat, *Dicast.* n.
 515. putat non incurrere excommunicationem,
 quia non participat in eodem actu, propter
 quem incurrit, sed oppositum videtur verius
 cum *Suar.* satis enim est, quòd sit idem specie
 actus, quamvis non sit idem numero, maximè
 cum per hoc prior quasi confirmetur in actu au-
 ta patrato, illumque moraliter repetat.

§. 2. Quando Judex fert excommunicatio- 284.
 nem majorem contra eos, qui quomodocunque
 participant cum aliquo excommunicato à se, ut
 vim habeat excommunicatio, debet excommu-
 nicatus esse non toleratus & participans prius

Ggg 4

ter

ter nominatim est monendus, uti aliàs, quando est excommunicatio ferendæ sententiæ, uti statuit Innoc. III. Cap. *statuimus* De sent. excomm. *Dicast.* à n. 351, ubi notat circa participationem cum excommunicatis ab alio probabilius esse non requiri, ut participantes vel excommunicati nominentur.

285. Q. 32. Quid addendum sit circa causas, ob quas quando licita est communicatio cum excommunicato. R. §. 1. Cap. 54. De sent. excomm. sic habetur: *conscientia ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit, qui excommunicatus in his, quæ ad absolutionem vel aliàs ad salutem anime pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat.* Ex quo textu infert *Dicast.* d. 2. n. 547. licitum esse in eo casu cum illo agere humaniter, alloqui, salutare, benignè salutaria monita illi scribere &c. concesso enim sine etiam conceduntur media ad illum. Addit *Avila*, Confessarium posse eum ad confessionem admittere, ut ei salubre consilium præbeat, etiam si eidem constet non esse absolvendum; intellige tamen semper, si speretur utilitas vel fructus.

286. §. 2. Qualis communicatio licita sit conjugibus, si unus eorum sit excommunicatus, accorate explicat *Dicast.* à n. 559. & aliquid etiam dixi, ubi de famulis. Qualis licita sit Religiosis respectu prælati excommunicati explicat idem *Dicast.* à n. 573. sed cum raro hoc eveniat, omitto.

287. Q. 33. Quid notandum sit circa illum, qui dicitur inforDESCERE in censura. R. §. 1. InforDESCENTIA præcipue dicitur ratione excommunicationis, atque tamen etiam convenit aliis censuris: ille autem dicitur

cur inordescens in censura, secundum *Trid.* re-
latum n. 18. qui animo pertinaci & cum con-
temptu potestatis ecclesiastica perseverat in cen-
sura per annum ; e contra si ex rationabili causa
cessavit petere absolutionem ; aut si petiit, & non
obtinuit ; aut si post medium annum fuit abso-
lutus, & re incidit, permansitque in ea per alium
medium annum , non censetur inordescens ,
quia tempora hic non conjunguntur.

§. 2. Inordescens in censura lata in causa hæ- 288.
resis, habetur veluti hæreticus ipso Jure & abs-
que alia sententia ; attamen priusquam publicè
declaretur hæreticus, citari debet, ut se purget.

§. 3. Inordescens in censura lata ob causam, 289.
quæ non est hæresis , habetur tanquam leviter
suspectus de fide , ac specialiter de potestate cla-
vium in Ecclesia, potestque citari ab Episcopo,
ut respondeat, quid sentiat de his ; si purgare se
noluerit, & permanserit altero anno , fit vehe-
menter suspectus , & citatus nec purgans se po-
test ex violenta suspitione declarari hæreticus.

§. 4. Inordescens in excommunicatione la- 290.
ta in causa criminali habetur pro convicto de eo
crimine, non item in causa civili.

§. 5. Inordescens in quacunque censura non 291.
videtur ipso facto privatus Beneficiis ecclesiasti-
cis, nisi censuratus sit ob causam , quæ inducat
privationem ipso facto, & tum adhuc accesserit
declaratio : attamen talis inordescens poterit
per sententiam privari. Tali autem inordescen-
ti non prodesse absolutionem generalem in or-
dine ad obtinenda Beneficia dixi n.

§. 6. Inordescens in excommunicatione per 292.
annum , etiamsi in articulo mortis fuerit abso-
lutus, potest privari sepulturâ ecclesiasticâ. Om-

nia hætenus dicta pluribus probat, etiam addu-
ctis Juribus, AA. & rationibus, Pignat. tom. 7.
conf. 18. & tom. 8. conf. 134. Quid autem in
aliquibus dispensationibus intelligatur per in-
firdescentiam annuam in aliquo delicto, dixi.
6. p. 3. n. 944.

DUBIUM IV.

Ob quas causas incurratur excommunicatio major.

293. **C**um hæ multæ sint, variæ etiam sunt ex-
communicationes, quæ in quatuor po-
tissimum classes dividuntur, nam aliæ nulli,
aliæ Episcopo, aliæ Pontifici per Bullam con-
na, aliæ eidem extra Bullam cenæ reservantur.

ARTICULUS I.

Quæ sint excommunicationes non reservatæ.

Resp. I. Ex jure antiquo usitatores sunt se-
quentes:

Contra omnes. 1. In vexantes Ecclesiasticos,
quod non elegerint eum, pro quo rogari fue-
rant. 2. In directores Monialium, si foveant
discordias in electione. 3. In extorquentes ab-
solutionem à censura per vim aut metum. 4. In
compellentes Ecclesiasticos, ut laicis submit-
tant jura Ecclesiæ. 5. In docentes leges vel me-
dicinam religiosos, qui dimiserunt habitum
vel eos retinentes in suis scholis. 6. In sepelien-
tes tempore interdicti, vel interdictos, vel ex-
communicatos non toleratos, vel manifestos
usurarios. 7. In impediens visitatores Moni-
alium. 8. In contrahentes Matrimonium in gra-
dibus prohibitis, vel cum Monialibus. 9. In
edentes Glossas in Tridentinum. 10. In impre-
cantes libros sine Superiorum licentia. 11. In

recipientes suis subditis, ne officia commu-
 nia Reipub. exhibeant Ecclesiasticis, v. g. ne iis
 vendant, coquant panes, &c. 12. In Doctores &
 Professores non facientes professionem fidei,
 ubi recepta est Bulla Pii IV. 13. In negligentes
 administrare justitiam Ecclesiasticis. 14. In po-
 testates foventes usuras.

Contra Clericos 1. In Clericos in dignitate con-
 titutos, aut Sacerdotes audientes publicè jus-
 sut medicinam. 2. In Sacerdotes recipientes
 præsecturas sæculares. 3. In Clericos minores
 Episcopis, locantes domos usurariis. 4. In alie-
 nantes bona Ecclesiæ, vel locantes ultra trien-
 nium. 5. In impugnantes in concionibus mon-
 tes pietatis. 6. In contrahentes Matrimonium,
 si sint in sacris. 7. In fictè resignantes vel per-
 mutantes beneficia. 8. In præsumentes absol-
 vere à casibus Bullæ cœnæ.

Contra Religiosos. I. In audientes Leges vel
 medicinam extra claustra. 2. In habitum teme-
 rè dimittentes, vel Matrimonium contrahen-
 tes. 3. In instituentes novum ordinem. 4. Ad-
 vantes curias Principum, ad nocendum suis
 monasteriis vel Prælatis. 5. Tenentes arma sine
 licentia intra claustra. 6. Non servantes inter-
 dictum, quando servatur à Cardinali. *V. Fill.*
l. 14. §. 4. de cens. in partic. c. 8. Bon. d. 3. p. 5. §. 1. n. 36.

Resp. II. Supradictis adjunctæ sunt à Tridenti-
 no sequentes, quæ valent, ubi illud est rece-
 ptum: 1. In imprimentes, imprimi mandan-
 tes, vendentes, apud se retinentes, vulgantes
 libros de rebus sacris sine nomine auctoris &
 approbatione ab Ordinario obtenta. 2. In do-
 centes, non esse necessariam confessionem ante
 sumptionem Eucharisticæ. 3. In raptores mu-
 lierum,

»lierum, iuvantes, faventes. 4. In cogentes con-
 »trahere Matrimonia cum præscriptis. 5. In
 »magistratus, qui requisiti non juvant Episco-
 »pos ad restituendam vel conservandam clau-
 »suram monialium. 6. In ingredienti (cujus-
 »cunque conditionis, vel sexus fuerint) mona-
 »steria Monialium, sine licentia in scripto ob-
 »tenta. 7. In cogentes mulierem ingredi mona-
 »sterium, & profiteri. 8. In impediendes, sine
 »iusta causa, sanctam voluntatem mulierum
 »emittendi votum. 9. In dominos temporales
 »concedentes in terris suis locum pro duello.

A D D E N D A.

294. **Q**uest. 34. *Quid circa hæc præterea sit notandum.*
 R. §. 1. De Religioso, qui temerè dimittit
 habitum dixi l. 4. à n. 207. De alienatione bo-
 norum vel rerum ecclesiasticarum, ibid. à num.
 1363. De artibus, officiis & actionibus, quæ
 Clericis prohibentur, à n. 1370. De libris sine
 licentia impressis dicam adhuc. De ingre-
 diente clausuram Monialium, dixi l. 4. à n. 66.
 Hic notandum est, quamvis prohibitio *Trid. sess.*
25. c. 5. De Regul. ne quis ingrediatur in sepa-
 Monialium, sit sub pœna excommunicationis
 ipso facto incurrendæ, & excommunicatio hæc
 non sit reservata per *Trid.* attamen teste *Beja, p. 1.*
casu 30. est Papæ reservata per *Pium V. & Greg. XIII.*
 ubi horum Bullæ sunt notæ & receptæ.
295. §. 2. Sub excommunicatione prohibetur læ-
 cis, ne disputent de fide Catholica cum hære-
 cis, Cap. *Quicumque*, §. *Inhibemus* De hæreticis
 6. Similiter Clericis regularibus, Can. *Cum qui-
 bus* 24. q. 3. junctâ *Gl. V. certamen.* Per hæreticos
 intel-

intelligit *Sanch.* in Decal. l. 2. c. 7. n. 12. qui sunt
vel aliquando fuerunt Magistri erroris : & pro-
hibito intelligitur de imperitis laicis vel Cleri-
cis, ubi enim Catholici mixti sunt cum hæreti-
cis, secluso periculo perversionis licitum est di-
scutere, & in Germania saltem Canones illi de-
sueverunt, *Becan. Krim.* n. 644.

ARTICULUS II.

296.

*Quæ sint excommunicationes reservatæ
Episcopis.*

Resp. Sunt hæc. 1. Quæ contrahitur ex levi
percussione Clerici : vel gravi, si sit mulier.
2. In eos, qui absoluti in articulo mortis (à
censura, vel peccato habente censuram an-
nexam) ab eo, qui aliàs non poterat, non
presentant superiori se, postquam convalue-
runt. *v. Fill. t. 15. n. 241. & 242.* 3. In Fratres
Minores, si admittant in suis Ecclesiis ad offi-
cia divina Fratres tertii Ordinis. 4. In procu-
rantes abortum fœtus animati, effectu secuto. 5.
In eos, qui communicant in eodem crimine
cum excommunicatis ab Episcopo. 6. Eæ om-
nes, quas ferunt Episcopi per propria statuta,
& sibi reservant, quas Confessarii videant in-
Agendis.

ADDENDA.

Quest. 35. *Quid præterea hic sit notandum.* *R.* Ni-
hil occurrere. De excommunicatione ob
abortum fœtus animati, dixi l. 3. p. 1. à n. 822.
823. Quid sit communicare in eodem crimine
cum excommunicatis, dixi.

ARTI-

ARTICULUS III.

Quae sint Papae reservatae extra Bullam Coene.

» **R** Esp. I. *Contra omnes magis obviae sunt sequentes.* 1. In incendiarios. 2. In habentes litteras Apostolicas falsas, & non destruentes. 3. Item in falsarios litterarum Apostolicarum. 4. In effringentes & spoliantes Ecclesias. 5. In communicantes eodem crimine cum excommunicatis à Papa. 6. In vexantes eos, qui censuram in alios tulerunt. 7. In absolutos ab excommunicatione sub conditione, & non implentes. 8. In violantes interdictum Papale. 9. In dantes & recipientes aliquid ex pacto, ob remissionem ad religionem. 10. In Simoniacos reales, circa ordinem vel beneficium. 11. In committentes simoniam confidentialem. 12. In impediennes executionem litterarum sacrae poenitentiarum. 13. In dantes & recipientes aliquid pro gratia, aut iustitia apud Sedem Apostolicam. 14. In committentes duellum, atque ad id cooperantes, suadendo, &c. 15. In mulieres ingredientes Monasteria Regularium. 16. In impugnantes institutum Societatis IESU. 17. In facientes jurare illicita, & contraria libertati Ecclesiasticae. 18. In rapientes bona Ecclesiastica; item exigentes tributa ab Ecclesiasticis. 19. Violantes libertatem Ecclesiasticam quoad fugientes ad Ecclesiam. 20. Docentes posse fieri confessionem in absentia. 21. In eos qui alterutram opinionem de Conceptione Virginis damnant peccati mortalis, vel haereticos: item in eos, qui in concionibus aliterque publicis actibus, ut lectionibus, conclusionibus, asserunt B. Virginem Conceptam in originali

ginali. 21. In percussores Clericorum; Quæ
cum celebris sit, & multa scitu necessaria ha-
beat, ageur de ea peculiariter infra.

Resp. II. *Contra Clericos & Religiosos, sunt hæc:*
1. Participantes in sacris cum excommunicatis
2. Papa. 2. Procurantes alienationem Ecclesia-
rum. 3. In Concionatores, qui scripturæ sen-
sum à Doctorum interpretatione alienum, cir-
ca tempus Antichristi & extremi iudicii alia-
que similia revelata prædicant. 4. In Parochos
non implentes iuramentum de residentia fa-
ctum. 5. In Mendicantes transeuntes ad alium
ordinem, præter Carthusiam. 6. In Moniales
excentes claustra sine licentia. 7. In religiosos,
qui sine privilegio vel speciali licentia Parochi
Clericis aut laicis Sacramentum Eucharistiæ
vel Unctionis ministrare, vel Matrimonia so-
lemnizare præsumunt.

A D D E N D A.

Quest. 36. *Quid præterea hic sit notandum. R. 299.*
Etiam nihil occurrit. Quinam hic dicantur
simoniaci reales, quinam confidentiales,
dixi l. 3. p. 1. à n. 212. & 220. Quandoque in-
curratur & quis absolvere possit ab excommuni-
catione lata contra duella & cooperatores, dixi
ibid. à n. 847. De exitu Monialium extra clau-
stra, dixi l. 4. à n. 66. De ingressu mulieris in
Monasterium Religiosorum, dixi ibid. à n. 87.
Circa impediens jus asyli, & quinam illo gau-
deant, dixi ibid. à n. 1392. Circa docentem,
quod confessio fieri possit in absentia, dixi l. 6. p.
1. à n. 1195. Excommunicationes septuaginta
& unam extra Bullam cœnæ breviter collegit
Poncius in append. ad direct. Confess. pag. 113.

ARTI-

Quomodo intelligenda excommunicatio percussoris
Clericorum.

» **R**esp. Ea sic habet: Si quis suadente diabolo, in
» Clericum vel Monachum violentas manus injecerit
» anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum
» presumat illum absolvere.

» Dicitur I. Si quis: intellige cujuscumque sexus
» aut status, etiam impubes, dummodo ratiom
» compos & doli capax. Extenditur autem ad
» efficaciter mandantes, consulentes, confes
» stientes, suo nomine factam rati habentes, non
» impediens, saltem si ex officio aut iustitia
» teneantur, ut Reges, iudices & ceteri Superio
» res; item patres, tutores, heri, pædagogi, Pæ
» rochi, &c. quibus aliorum cura demandata est.
» Ita Lay. l. 1. t. 5. p. 2. c. 5. n. 6. Bon. d. 2. q. 3. p. 6. q.
» n. 8. ex Molin. &c. comm.

» Dixi, saltem, &c. Quia si ex charitate tantum
» teneantur, etiam excommunicari, docet. Sa
» Cajet. Fill. Medin. Sayr. &c. Verum id probabiliter
» negat Bon. l. c. ex Nav. Kon. Reg. Henr. Molin. &c.

» Dicitur II. Clericum: quo nomine intelligi
» tur omnis primâ saltem tonsurâ initiatus (etiam
» amsi conjugatus dummodo cum unica Vierge
» ne) & deferat habitum, serviâtque alicui Ec
» clesie: item etiam excommunicatus, suspens
» sus, interdictus, degradatus verbaliter tantum.

» Dicitur III. Monachum: intellige quemvis
» religiosum, etiam laicum, conversum, non
» tium, utriusque sexus: item tertiarias S. Dom
» nici, S. Francisci, si gestent habitum, & vivant
» in communitate: item Eremitas subjectos ali
» cui Regulæ vel Superiori.

Dicitur IV. *Manus injecerit*: per quod intelligitur quævis contumeliosa actio exterior moralis circa Clerici personam vel res ei ad hærentes, sive fiat manu sive baculo, gladio, &c. *Bon. f. 1. §. 1. Ex dictis resolvuntur sequentes Casus:*

I. Hanc excommunicationem incurrit, 1. qui talem conspuat, conspergit aquâ, pulvere, conspurcat luto, evellit crinem, lacerat vestem, eripit aliquid per vim & injuriam de ejus corpore, v. g. pileum, pallium, &c. ita ut actio sit graviter injuriosa, *Bon. l. c. Laym. n. 5.* 2. Qui concludit aut violenter detinet carcere vel loco, unde sine dedecore non potest exire. *Ibid.* 3. Qui persequitur, ut in flumen vel fossam incidat, equo decidat, &c. *ib.* 4. Qui manus violentas injicit in equum, cui is insidet, occidendo, vulnerando, cædendo, sistendo per frenum, quæ actio licet sit levis respectu corporis, non tamen respectu honoris. *ib.* 5. Qui aliquid sumptuorum facit, etiam Clerico consentiente, dummodo sit injuriosum ordini Clericali. *Lay.* l. c. 6. Clericus, si seipsum ex malitia vel passione (secus si ex devotione) percutiat injuriose, *Lay. l. c. ex Nav.* 7. Qui percutit Clericum etiam meritum, si fiat, vel per quem non debet, ut si morte dignus puniatur à judice seculari, vel modo illicito, ut si à Prælato puniatur per laicum. *Bon. l. c. ex Nav. Sayr. Suar. Fill. Kon. &c. vid. Laym. c. 5.*

II. Non incurrit, 1. Fur, qui clam abscondit crumenam vel vestem tollit Clerico, quia non est actio violenta sed fraudulenta. *Bon. l. c.* 2. Si percussio sit jocosa vel casualis, v. g. si janitor vel apparitor turbam arcens percutiat Clericum.

Tom. VIII.

H h h

item

»item si pueri habentes primam tonsuram se
 »pugnis percutiant, *Bon. l. c. ex Mol. Fill. Kon. & C.*
 »item si percussio fit ad defendendum se vel vi-
 »tam suam vel uxoris, parentum, filiorum, vel
 »res suas, cum moderamine tamen inculpatæ tu-
 »telæ, *Laym. infrà. 3.* Et denique, quando cumque
 »percussio ob levitatem vel imperfectiōē actus
 »non esset mortalis, illata laico, ut docet *Cy-
 »Avila & Sa*, quod tamen *Suar.* universaliter
 »non admittit. *v. Bon. loc. cit. 4.* Si fiat in tenebris,
 »vel Clericum non agnoscas, quod habitum non
 »gestet; quia ignorantia excusat. 5. Si Prælati
 »præceptor, pater, subditum in minoribus con-
 »stitutum, correctionis causâ (licet ira accedat)
 »percutiat moderatè, habitâ ratione culpæ,
 »Prælati & Præceptor Ecclesiasticus potest et
 »iam in majoribus constitutum castigare. *Idem*
 »idem possit pater, controvertitur in utraque
 »partem probabiliter: *v. Laym. loco mox citando.*
 »Si percutiatur realiter degradatus, vel bap-
 »tus; vel exercent publicè officium cauponis
 »vel macellarii vel scurram, & ter monitus non
 »cesset; vel inventus turpiter agens cum uxore
 »matre, sorore vel filia; denique mulierem
 »ipso facta sollicitans ad turpitudinem, quæ
 »perdit privilegium. *Vid. Laym. l. 1. 5. p. 2. 6. 5. l. 1. c. 1. r. 15. cap. 1.*
 » Resp. II. Et si hæc excommunicatio sit refer-
 »vata Papæ, potest tamen Episcopus ab ea absol-
 »vere his casibus, 1. quando percussio, et si
 »mortalis, est tamen prudentum iudicio levis
 »comparata cum enormi, v. g. si fiat palmâ, po-
 »ugno aut lapide, non relincente vestigium
 »secundùm *Aut. & Dia. p. 9. t. 4. R. 19.* nisi nota-
 »bilem injuriam & magnum scandalum pariat.

qualem negat esse, si quis Sacerdotem pugno
percutiat in faciem, licet guttæ sanguinis ef-
fluant. Enormis verò erit, si membrum præscin-
datur, copiosus sanguis fundatur; vel etiam ra-
tione dignitatis personæ, ut si percutiatur Epi-
scopus vel Abbas, etiam alapâ. 2. Si percussor sit
impubes, pauper, æger, senex, mulier, cæcus,
claudus, servus, filius-familias, vel non sui juris,
uti & regulares ac moniales invicem verberan-
tes: item si sint homines delicati, & quotquot
habent legitimum impedimentum, ut non
possint ire ad Papam aut ejus legatum; vel si
dubium sit de excommunicatione. *Fill. n. 35. §*
seq. Denique si sit occulta v. *sup. hicc. l. d. 5. &*
Dion. R. 63. In quibus omnibus casibus pro foro
conscientiæ potest etiam facultas absolvendi
impetrari (gratis quidem) ex pœnitentiaria
Romana à majore pœnitentiario, ut *V. suprâ l. 1.*
l. 2. c. 4. in append.

A D D E N D A.

Quest. 37. Quid circa hanc excommunicationem 301.
sit præterea notandum. R. §. 1. Percussio tum
censetur fieri suadente diabolo, quando fit injurio-
se sine justa causa: debetque esse sacrilegium in-
ternè & externè grave, *Caj. Ang. Mol. Pignat. tom.*
1. conf. 107. Delb. c. 2. dub. 4. l. 5. aliique apud
Sperell. decis. 45. n. 11. qui tamen n. 36. rectè
notat cum *Suar.* quamvis tactus physicus corpo-
ris esset levissimus, si tamen secundum mora-
lem existimationem sufficiat ad gravem inju-
riam contra honorem & reverentiam Clerico
debitam, esse satis ad hanc censuram incurren-
dam. Attamen notat *De Luca* in *miscell. eccles.*
F h h 2 disc.

disc. 20. percussione[m] debere esse meditatam & non ex solo inconsulto calore iracundia[e], uti colligetur etiam ex dicendis n. 307. Et cum hic Canon sit in favorem Clericorum, est late pro his intelligendus, uti tenent Theologi & Canonistae omnes cum *Sperell.* à n. 44. Quandonam autem aliquis censeatur publice seu notorie percussor Clerici, ideoque sit vitandus, dixi à n. 178.

302. §. 2. Circa quaestionem illam, an ille incurrat censuram hujus Canonis, qui Clericum vel Religiosum veneno occidit, refert *Sperell.* decif. 20. quatuor sententias, prima cum *Avila* & *Delb.* f. 20. n. 1. absolute[n]te[n]t negat, quia non infert violentiam ullam personae, sed tantum naturae. Secunda cum *Suar. Fill.* & aliis dicit incurrare, sed non ante secutam mortem venenati, quia ad incurrendam censuram requiritur factum consummatum & effectu perfectum. Tertia est *Bonus* & aliorum, qui dicunt incurri tum, quando venenum operari incipit, quia prius non infert ullam violentiam. Quarta probabilior, quam tenent *Beja* & alii cum *Sperell.* à n. 21. dicit semper incurri statim ab initio propinati veneni, quia calefactum in stomacho statim incipit agere, & quamvis forte non sequatur mors, tamen violentia per venenum illata est personae lumentis, quae ideo incipit violentè disponi ad mortem.

303. §. 3. Si quis tacite tantum mandet Clericum percuti, v. g. si coram famulis dicat se intendere vindictam de tali injuria, & praevideat inde fieri posse, ut famuli moveantur ad percutiendum *Silv. Nav. Suar. Dian. Delb.* l. 10. *Dicast.* d. 3. n. 973 dicunt, si percussio sequatur, incurrare excommunicationem, quia fuit vera causa moralis illius percussione[m], addunt *Dript.* in cautione judiciali.

judici
f. 14.
confil
cuta f
dum e
tescat
& com
item c
gestur
effectu
struiv
minat
percut
putan
stantia
contra
illum
Nec obs
est cau
hilom
sparita
mens fi
ctu, qu
bet se i
alter.
§. 4
pro se f
vendo
venenu
fit Cler
nenum
quia m
suam o
videre
cultiffi

judiciali, sect. 2. a. 14. pag. 2 § 2. & alii cum *Delb.* f. 14. adhuc incurri, quamvis mandatum vel consilium sit revocatum, si percussio adhuc secuta sit ex illo mandato vel consilio: ubi notandum est, quod mandatum, si revocetur & innotescat mandatario, communiter desinat movere, & consequenter non sit causa effectus secuti, non item consilium, nam motivum, quod fortè suggestum est, poterit pergere movere & esse causa effectus secuti, uti etiam notavi in materia de restitutione l. 3. p. 2. n. 25. & 28. Quòd si determinatum ad percutiendum moveas tantum, ut percutiat fortius, aliqui secundum dicta n. 65. putant te non incurrere, quia non es causa substantiæ actus, sed tantum circumstantiæ, sed contradicunt alii cum *Delb.* f. 12. quia causando illum modum concurris ad substantiam actus. *Nec obstat*, quòd ille non teneatur restituere, qui est causa, cur damnum libentius fiat, quod nihilominus erat faciendum, nam hoc dato, disparitas est, quòd ad rationem damni impertinens sit, quòd fiat cum majore vel minore affectu, quòd autem percussio fiat fortius, non habet se impertinenter, quia ideo magis patitur alter.

§. 4. Si Titius mandet Cajo, ut vindictam pro se sumat de Clerico mutilando illum, sed cavendo expressè ne occidat, si Cajus det Clerico venenum, ex quo post duos menses moriturus sit Clericus, Titius hoc ipso, quòd Clericus venenum sumeret incurrit excommunicationem, quia mandando vindictam, per gravem culpam suam occasio fuit dati veneni, quòd malum prævidere debebat sciens Cajum, quàm posset occultissimè, sumpturum vindictam, venenum

autem secundum dicta n. 303. Quamprimum sumptum fuit, coepit operari, ergo injuria cum effectu saltem inchoato tum coepit, quod sufficit ad incurrendam hanc excommunicationem, *Bezap. 1. cas. 46. pluribus id probans.*

305. §. 5. Per consentientem in percussione alterius intelligitur ille, qui simul cooperatur, dat auxilium, favendo promovet, *Delb. d. 11. n. 9.* Clericus autem consentiens seu permittens se percuti, non incurrit excommunicationem ipso facto, quia *Cap. Contingit De sent. excomm. sic habetur: si quis autem Clericus post prohibitionem hujusmodi sponte se subjecerit, excommunicetur, ergo est excommunicatio ferenda, & non lata sententia, Delb. f. 7.*

306. §. 6. Si percussio facta non sit nomine alicujus, seu non in ipsius gratiam, quamvis ipse postea ratificet, non incurrit excommunicationem, uti nec tum, quamvis nomine ejus sit facta, si tantum interne ratificet, & non signo aliquo externo, *Dicast. à n. 994. Nec obstat Regula juris, reprobatio retrahitur & mandato comparatur, nam id tantum valet respectu contractuum & poenae pro foro externo infligenda, Delb. f. 11. n. 14. & iterum f. 16.* Unde autem praesumatur mandatum occidendi, aut reprobatio homicidii facti, explicat *Pignat. tom. 1. conf. 135.*

307. §. 7. Ideo non incurrit occidens Clericum adulterantem cum uxore, filia, matre vel sorore sua, quia Ecclesia condonat hanc poenam ob tantum & tam justum dolorem, qui ordinariè causet subitum motum iracundiae, *Cap. Si verus 2. De sent. excomm. quod Nav. Angel. Suar. C. Delb. f. 17. n. 33. extendunt ad eum, qui percutitur, quia invenitur oscula vel amplexus exten-*

ere cum una ex prædictis personis: attamen requiritur ut fiat statim ex subito motu, alioquin non excusaretur percussor vel occidens, *Sylv. deq. Nav. Delb. n. 35.*

§. 8. Si quis insequatur Clericum, & hic inter fugiendum præter intentionem & prævisionem insequentis cadat, probabile est insequentem non incurrere excommunicationem, quia non est causa moralis illius casus. *Dicast. n. 1033. Sperell. tamen decis. 20. probabilius dicit, si Clericus re ipsa ex metu persecutoris cadat, incurrere, quia persecutio illa est causa violenta lapsus; hinc Fagn. & alii cum Sperello & Bonac. dicunt etiam eum incurrere, qui bombardulam explodit in Clericum, qui ex ejus timore moritur, vel exanimis in terram cadit, quamvis globo ne leviter quidem tactus sit.*

§. 9. Judex vel Superior nolens defendere Clericum à percussione incurrit excommunicationem secundum Cap. *Quanta*, De sent. excomm. in 6. docetque *Nav. Henric. Suar. Beja p. 1. cal. 69. Gorm. De act. hum. n. 184. & alii.* Non autem incurrit per actum merè internum nolendi defendere, sed quia illa ommissio defensionis est externa & sensibus cognoscibilis, & defensio erat ex justitia debita, *Castrop. d. 1. p. 7. Vi de adhuc dicenda.*

§. 10. *Telex Barb. Pasq. Turr. Delb. probabiliter tenent Clericum etiam ex malitia vel passione percussorem se non incurrere, quia Canon videtur loqui de injectione manuum in personam distinctam. Oppositum tenent apud Sperell. decis. 45. n. 71. & alios Auctores 30. gravissimi cum Busenb. quia hæc prohibitio magis est in favorem status clericalis quam personæ,*
H h h 4 quid-

quidquid tamen sit de hoc, si Clericus se percutiat, aut evellat sibi capillos ob mortem parentum vel ob jacturam magnam bonorum, non incurrit, quia hæc actio non censetur status clericali injuriosa, *Delb. l. 8. n. 7. Dicast. n. 80.*

311. §. 11. Qui vestes Clerici non indutas aliæque res ei non ad hærentes lacerat, non incurrit, quia non infert violentiam Clerico, *Mel. Suar. Bon. Dicast. n. 1037.* Qui autem percutit Clericum, factum hæreticum, incurrit, *Noll. Schiara l. 4. diff. 26. n. 23.*

312. §. 12. Qui verbis minacibus Clericum percutit, aut occasio est gravis damni, vel oppugnat domum, in qua Clericus est, non ut ei injuriam faciat, sed ut justè locum capiat, non incurrit, quia per ista non censetur manus injicere in Clericum, *Suar. Castrop. d. 3. pu. 23. §. 2. n. 2. Dicast. n. 1039.*

313. §. 13. Qui percutit aliquem in bacchanalibus currentem cum larva, ignorans esse Clericum, non incurrit, quia imprudenter credit esse Clericum, *Burgh. cent. 2. cas. 59.* Quod autem tenendum sit, si volens percutere laicum casu percutiat Clericum, aut volens percutere Petrum Clericum percutiat Paulum Clericum, jam dictum est.

314. §. 14. Si percutiens reipsa Clericum involuntariter putet non esse Clericum, at tamen in animo comparatus, ut eum percuteret, quamvis sciret esse Clericum, *Covarr. Ugol. & alii dicunt* incurrit: è contrà negant *Nav. Vasq. Sanchez. De Matr. l. 9. d. 32. n. 26. Castrop. tr. 2. d. 1. p. 17. d. 3. nisi dubitasset, an non esset Clericus. Sed tunc saltem videtur incurrit, si percussit, actu intendens percutere; si Clericus sit, si laicus*

E. III.
20. II.

ma or
Clau di
La Crois

Tom. VI

Ca

Hinc rectè infert *Sanch.* n. 41. cum *Covarr.* & aliis
contra *S. Anton. Silv.* & alios etiam eum incurre-
re, qui percutit aliquem, quem ex ignorantia
crassa nesciebat esse Clericum.

§. 15. Si quis percutiat Canonissam, *Pyrrhus* 315.
Corradus in praxi Benef. p. 1. c. 5. n. 142. dicit in
Rota decisum esse, quod non incurrat pœnam
hujus Canonis, quia Canonissa nec est clerica
nec monacha, sed sæcularis & laica: è contrà
Glossa ad illum Canonem dicit incurri pœnam,
si quis injiciat manus etiam in Ecclesiasticas perso-
nas, talis autem Canonista videtur esse persona
ecclesiastica secundùm dicta l. 4. n. 229. cum
ratione sui statûs vacet divinis in Choro, canat
Horas & aliter Deo in ecclesia serviat, & ideo
Pignat. tom. 8. conf. 1. n. 11. docet illas gaudere
privilegio fori, uti & Erimitas, si authoritate
Episcopi deputati sint servitio alicujus Ecclesiæ
vel Oratorii, contra *Delb.* qui tenet non gaudere
privilegio hujus Canonis, quia illo gaudet solus
Clericus vel Monachus, qualis non est talis Eremita,
ut nec Canonissa, multò minùs gaudent illi E-
remita, qui solâ authoritate propriâ ejusmodi
habitum & habitationem eligunt. Certum au-
tem videtur ex illis, quæ affert *Sperell.* decis. 21.
Equites Melitenses, Teutonicos, aliòsque similes
esse verè Religiosos, adeòque gaudere privilegio
fori & Canonis, cum emittant tria vota sub-
stantialia, quam vis apud eos non sit tantus rigor
paupertatis & obedientiæ: imò *Sperell.* n. 9. pu-
tat etiam Equites S. Jacobi de Sparta, qui vo-
vent Castitatem conjugalem etiam esse Religio-
sos & gaudere privilegio hujus Canonis, sed de
his videri possunt dicta l. 4. n. 3.

§. 16. Si v. g. conjugatus dimiserat, sed
H h h 5 iteram 316.

iterum reassumat habitum & tonsuram, gaudet privilegiis Clerici, ideoque eum percutiens excommunicatur, communis cum *Dicast.* à n. 99.

317. §. 17. Ut defensio contra Clericum censetur justa, debet fieri statim post aggressionem, unde qui Clericum, quando desisset vim inferre, postea repercuteret, incurreret excommunicationem, quia non censetur vim repellere, quae antea desièrat, nec est defensio, sed vindicta, *Sperell.* decis. 45. n. 84. debetque servari moderamen inculpatae tutelae, ut non plus fiat, quam sit necesse ad vim repellendam. Putantque *Castrop.* §. 3. n. 5. & *Dicast.* n. 1050. etiam licitum esse percutere Clericum ad defensionem cujusvis etiam extranei, quem Clericus injustè aggreditur.
318. §. 18. Prælati incurrunt excommunicationem, si religiosos subditos cum excessu verberent, item si delinquant in modo v. g. projiciant librum ad caput, pede trudent &c. hæc enim castigationes & pœnæ non sunt concessæ à jure, ubi bene ostendit *Dripr.* suprà pag. 285.
319. §. 19. Percutiens Clericum mortuum malè tractans ejus cadaver, incurrit excommunicationem, quia statui clericali adhuc injuria est, attamen non fit irregularis si murilet vel confodiat, quia non tollit vitam membro vel homini, *Felm. Tolet. Sperell. Delb. f. 3. n. 9. Schæfer.* l. 4. diff. 26. n. 15. aliique multi cum *Pignat. tom. 61. conf. 5.*
320. §. 20. Ut teneamur vitare, debet percussio esse notorius, ita ut non sufficiat me vidisse, sed requiratur notoreitas non solius Juris, sed etiam facti, nec etiam semper sufficet publica fama, uti pluribus jam explicatum est.
321. §. 21. Si Religiosi ejusdem Monasterii se verberent

erant mutuò, & percussio non fit enormis, effunt à supremo Prælato Monasterii absolvi, g. ab Abbate, Priore, Guardiano, Rectore. Si abbas indebitè percusserit Monachum, absolvi potest à Confessario per Abbatem electo, *Krim. n. 149.* Si Religiosus percusserit Religiosum alterum subditum, absolvi debet à suo Prælato, præsentante vel consentiente Prælato percussi, ut ex utriusque consensu satisfactio imponatur, è contra si Religiosus percusserit Clericum sæcularem, absolvi potest à solo Episcopo Clerici percussi, si tamen Religiosi forent exempli, requiritur consensus Prælati, quem consensum si neget, potest nihilominus Religiosus adire Episcopum, quia præsumitur consensus Ordinis, in eo saltem casu, quo Prælati ipse non habet potestatem absolvendi, ita *Cabassutius* in Jure canonico l. 5. c. n. 9. probans etiam ex Jure, item *Castrop. §. 4. n. 8.* ubi n. 19. notat Religiosis mendicantibus eorum privilegia participantibus ferè eandem potestatem à *Trid.* esse concessam, quam in hac parte habent Episcopi, possunt autem etiam Episcopo hanc potestatem delegare, uti rectè notat *Bonac. & Cabass.* supra n. 13.

§. 22. Qui percussit laicum putans esse Clericum, contrahit malitiam sacrilegii, attamen non excommunicationem, quia ut hæc contrahatur, debet re ipsa & non tantum in apprehensione Clerico vel statui clericali fieri injuria, *Delb. l. 21. n. 1.*

§. 23. Quando aliquis absolvitur ab aliquo extra eam necessitatem non habente absolvendi potestatem, exigi debet juramentum ab eo, qui absolvitur, quòd comparere velit, quando poterit coram habente potestatem: quòd si postmodum

modum non comparuerit, incidit in similem excommunicationem, *Castrop. supra.*

324. §. 24. Percussor Clerici in foro fori absolvi debet secundum formulam in Pontificali Romano praescriptam, quamvis forte prius absolutus sit in foro conscientiae, uti contendit *Dryp.* supra pag. 304. *Laym.* tamen & alii dicunt pro Germania id consuetudine seu non usu esse abrogatum.
325. §. 25. Dixi l. 6. p. 3. n. 970. etiam ad S. Penitentiariam recurri pro absolutione à casu publico percussoris Clerici; Et formulas, quibus in casu publico vel etiam occulto rescribit S. Penitentiaria, fusè explicat *Tiburt. Navarr.* in manud. ad praxin execut. p. 3. c. 2. & seqq. praecipua autem notari debent sequentia, 1. Si reus non satisfacere non possit parti laesae, praestare debet iuramentum de satisfaciendo cum poterit, et si tum negligat, ipso facto re incidit in excommunicationem. 2. Si oriretur scandalum ex hoc, quòd absolveretur necdum satisfacta parte, debet absolvi tantum pro foro conscientiae, sed debet externè se gerere tanquam excommunicatum. 3. Quando dicitur relabi, si non patet mandato Ordinarii, intelligitur, mandato secreto & quod rationabiliter latum sit. 4. Clericida orare debet officium defunctorum & equivalentes preces, si legere nesciat, per quinquennium in tribus diebus hebdomadae; debet satisfacere haeredibus occisi & Ecclesiae, cui occisus adscriptus erat; privatur ecclesiasticis beneficiis & juribus patronatus: ipse & ejus filii sunt inhabiles ad Beneficia obtinenda.

ARTICULUS V.

Quæ sint excommunicationes Papæ reservatæ per
Bullam cœne.

326.

Resp. Præcipua est in hæreticos: quæ exten-
ditur non tantum ad fautores, receptores
defensores hæreticorum ut sic, sed etiam in-
venientes retinentes, legentes, imprimentes &
defendentes libros hæreticorum, de Religione
tractantes vel hæresin continentés. Ad quam
excommunicationem incurendam requirun-
tur 4. Conditiones, 1. ut auctor libri sit hæreti-
cus. 2. Ut liber hæresin expressè contineat vel
de Religione agat. 3. Ut legatur materia nota-
bilis & sufficiens ad mortale. 4. Ut scienter le-
gatur, imprimatur vel retineatur, *Lay. l. 2. t. 1. c. 1. n. 1. Unde resolves:*

I. Non excommunicaris, 1. si legas libros
catholicorum referentes verba hæreticorum,
etiam si animo hæresin discendi legas. *Laym. l. c. ex Nav. Sanch. &c.* 2. Si in Catholici scriptoris
libro vel alio hac Bullâ non contento, legas ad-
jecta scholia vel notas auctoris hæretici: quod
tamen *Suar. to. 5. d. 21. s. 2.* limitat, nisi scholia
essent tam copiosa, ut ex iis potius, quàm ex
textu liber constare videretur. *Laym. l. c. ex Nav. Sanch. &c.*

II. Non prohibentur hæreticorum libri Phi-
losophici & alii hæresin non continentés, *Laym. l. c. n. 3.* Imò probabiliter nec ii, qui incidenter
tantum continent hæresin, non agentes ex pro-
fesso de fide, *Sayr. Graff. apud Laym. l. c. contra Suar. & Sanch.* qui id confirmat pro Germania, ubi
Bulla cum tanto rigore non est recepta, v. *Becan. 2. c. 15. q. 8.* Legens tamen tales, incurrit excom-

muni-

»municationem non reservatam Indicis librorum prohibitorum, ubi is receptus est, quod non videtur esse factum in Germania, saltem cum isto rigore, ut habet *Laym. l. c. n. 8.*

» III. Excommunicatur, 1. qui in sufficiente quantitate solum proœmium, vel epistolam ad lectorem, vel indicem libri, vel partem libri, in qua nulla est hæresis, legit, ut habet *Laym. l. c. & Bon. 2.* Probabiliter etiam is, qui alterum iussu suo legentem audit, quia legit per alium, *Laym. l. c. Azor. & c. contra Sanch.*

» IV. Probabiliter non excommunicatur, qui hæreticam concionem aut Epistolam seorsum editam legit, quia non est liber, *Laym. l. c. n. 3. ex Sanch.*

» V. Non sufficit una alterave linea: imò secundum *Sanch. Rodrig. & Sa.* nec integra pagina, etiam magni voluminis, quod tamen *Bon. & Laym. l. c.* non concedunt; licet hic fateatur, *Confessario* id posse ad hoc servire, ut non contumdamnet peccati mortalis & excommunicatio- nis eum, qui bono fine, vel etiam ex curiositate unam paginam legit.

» VI. Non incurritur, si retinentur libri parvo tempore, v. g. uno alterove die, quia sicut materia, ita & temporis parvitas excusat. *Laym. n. 7. ex Graff. Sayr. Sanch. & c.*

» VII. Excusat ignorantia, etiam crassa, si vel nescias esse hæreticum, vel tractare de religione. *Laym. n. 4. v. Sanch. l. 2. mor. c. 10. & l. 9. de Mar. d. 3.*

» VIII. Non excusatur is, qui librum, vel in aliena domo, vel alieno nomine, vel animo non legendi habet. Item nec is, qui affirmat non esse pravum, non esse exurendum: Item qui impedit, ne comburatur, qui disputationis causam defen-

E. III.
20. II.

La Croix
Claudius

Tom. VI

Ca.

defendit. Ita Bon., tamen excusat eum, qui lau-
dat stylum vel ingenium auctoris, vel bonam
doctrinam, quæ in eo est, sed non quatenus in-
eo est, v. g. si dicas, hic liber esset bonus, si non
haberet hæresin, quia talis non defendit. *Laym. v. 20.*
Bon. 10. 1. d. 2. q. 5. p. 4. n. 18. Et 10. 3. d. 1. q. 2. p. 4. n. 20.

A D D E N D A.

Quest. 38. Quid præterea sit hic notandum. *Bx. 327.*
Bullam Cœnæ ad longum dedi l. 6. p. 2. n.
1054. excommunicationes autem ejus novem-
decim redegit in compendium *Polancus* in ap-
pend. ad direct. Confess. pag. 105. De immuni-
tate ecclesiastica, & quomodo illa violetur, dixi
l. 4. à n. 1381. Quomodo incurrant hanc ex-
communicationem illi, qui interficiunt, percu-
tunt, spoliant accedentes pro negotiis suis vel
cedentes à Cura Romana fusè explicat, *Delb. c.*
1. d. 6. 7. & 9. Partes omnes Bullæ Cœnæ accu-
rate explicat *Castrop.* hic d. 3. per prima 22. pun-
ctis. Quæ bona Clericorum sint immunia, de-
clarat *Sperell.* decis. 35. 135. 142. Contra Bullam
cœnæ nullâ consuetudine præscribi posse fusè
ostendit *Sperell.* decis. 37. ubi, uti & postea decis.
10. fusè prosequitur, quomodo pœnas incur-
rant, qui gravant Clericos sive in judicio sive ex-
tra: De his autem, qui gravant eorum colonos
videt decis. 41. usque ad 45. Et de his etiam vi-
deri potest *Pignat.* tom. 1. conf. 97. 166. 466.
tom. 2. conf. 50. 51. tom. 6. conf. 33. Judicem
laicum nequidem posse supplere negli-
gentiam Judicis Ecclesiastici, qui Clericum non
corrigit, ostendit *Sperell.* decis. 126. Clericum
vero, quamvis non ferat habitum, non debere
remitti

remitti ad forum laicale, docet *Pignat.* tom. 1. conf. 46. Familiares Cardinalium & Episcoporum, quamvis laici sint, gaudere privilegio fori, ideoque eum incidere in excommunicationem Bullæ cœnæ, qui ipsos trahit ad forum secularare, docent *Sperell. Delb.* aliique cum *Pignat.* tom. 1. conf. 95. De excommunicatione ob im-peditam ordinariam jurisdictionem ecclesiasticam multa habet *Pignat.* tom. 6. conf. 18. & *De Luca* in miscell. eccles. disc. 19. ubi dicit per impedientem hic intelligi personam publicam vel potentem. Quæ omnia quia pro communi praxi parum serviunt, omitto. Circa hæresin, quando nam sit formalis, colligi potest ex dictis l. 2. à n. 92. Quando nam sit externè manifestata & Papæ reservata, dixi l. 6. p. 2. à n. 1613. 1649. Quis ab ea & à casibus Bullæ cœnæ possit absol-vere, dixi ibidem, & aliqua mox addam.

Quæ ignorantia vel probabilitas excuset ab hæ-resi formali & à pœnis illi annexis, aliquid dixi l. 2. à n. 43. & de hoc videri possunt plura apud *Pignat.* in novissimis consult. 197. Denique ad hoc, ut obliget Bullæ cœnæ, satis esse quod Ro-mæ promulgata sit & Pontifex velit promulga-tionem illam haberi pro sufficiente, docet cum communi *Pignat.* tom. 1. conf. 170. à n. 18. Hic ali-qua addam circa libros hæreticos & prohibitos.

328. Q. 39. Quid addendum sit circa libros hæreticorum. R. §. 1. Bulla cœnæ excommunicat eos, qui hæ-reticorum libros hæresin continentés, vel de re-ligione tractantes, sine autoritate Sedis Apo-stolicæ scienter legunt aut retinent, imprimunt seu quomodolibet defendunt ex quavis causa, publicè vel occultè, quovis ingenio vel colore: itaque hæc quatuor sub excommunicatione prohi-

prohibentur, lectio, retentio, impressio & de-
fectio libri ab hæretico editi. Nec excusat, si le-
sus ex intentione confutandi, etiam nullum ha-
bens periculum in fide, quia prohibitio facta est
etiam in odium hæresis & Auctoris hæretici, *Tol.*
Pignat. Ugol. Farm. Suar. Ovied. Castrop. aliique communif-
icant cum *Pignat.* in novissimis conf. 195. contra
Mascard. & Caran. dicitur enim *ex quavis*
causa: hinc ipse hæreticus, qui scripsit, si relegat
librum suum, incidit in hanc excommunica-
tionem *Bullæ Græff. Ugol. Suar. Sanch. Bonac. & alii*
Dimia p. 11. tr. 1. R. 1. & Pignat. supra.

§. 2. Non est opus, ut auctor libri sit hæreti-
cus denunciatus, *Sanch. Dicast. d. 3. n. 1158. Ver-*
ry, tr. 5. a. 2. Krim. n. 715. Pignat. supra contra
Græff. Imò sufficit materialem tantum esse hæ-
reticum, si scribat hæreses, quia talis auctor
communiter & publicè censetur hæreticus.

§. 3. Si liber hæretici unam tantum hæresin
contineat, totus est prohibitus, nec legi potest in
aliis partibus non continentibus hæresin, & qui
solum illum locum, qui continet hæresin, con-
tento legit, excommunicatur, *Suar. Sanch. Tamb.*
Pignat. supra, qui tamen postea probabi-
liter dicit contra *Suar. Alter. Bonac. Duard.* si hæ-
resis una vel altera, quæ continebatur in libro,
sit planè abrasa aut ea folia detracta, tum non
prohiberi talem librum, quia tum revera non
compius continet hæresin nec affert periculum.

§. 4. Quamvis liber hæretici nullam con-
tineat hæresin vel errorem, si tamen ex profes-
so scribat de Religione, est prohibitus, quia in
materia religionis & fidei semper est suspectus,
Dicast. d. 3. n. 1174. Verj. supra. Potissima hic
difficultas est, quid intelligatur per libros de
Tom. VIII.

religione tractantes, *Suar. De fide d. 20. f. 2. n. 16.* ait, dicitur de religione tractare, si per se contineat sacram doctrinam, sive sit exponendo scripturam, sive scholasticam doctrinam, sive conciones sive casus conscientie sive alia, quæ ad cultum Dei vel Sanctorum vel ad salutem animarum spectant. *Sanch. in Decal. l. 2. c. 10. n. 21.* consentit & addit, si sint libri pertinentes ad fidei expositionem, ... qui differunt de Clericis & Monachis. qui de moribus Christianis tractant & tantum politicis; Similiter loquuntur *Laym. l. 1. tr. 1. c. 5. n. 3. Dicast. supra, Illjuz tr. 3. n. 4.* unde etiam tractant de religione, si sint compositi ad devotionem excitandam, *Sylvius p. 1. v. Libri, q. 4.* Item si explicent ritus Ecclesie, etiam qui sunt apud Armenos & Græcos ac tolerantur ab Ecclesia, *Pignat. Item si interpretentur Pontificium seu Canones, Verj. a. 5.* Imò puzat *Hurt.* si etiam jus civile, sed hoc caret fundamento. Addit *Tamb. in Decal. l. 2. c. 1. §. 7. n. 7.* agere de religione, si agant de Deo, etiam ut objecto Metaphysicæ (de quo dubito, quia tam est liber purè Philosophicus) non tamen si purè agant de institutione politica, præscindendo moribus. Ratio communis est, quia hæretici solent talia scribere, vel in odium fidei nostræ & cum contemptu Ecclesie, vel aliquid venient inferendo, vel ita suis erroribus ponere volunt fundamentum aut conciliare existimationem suæ sectæ. Putarem tamen si liber hæretici tractans de religione submitteretur censuræ approbatorum Catholicorum, qui judicarent utilem fore vel ad Ecclesie catholice veritatem agnoscendam, vel ad confutanda aliorum hæreticorum dogmata, non reprobandum ab Ecclesia, & ita videmus plures ejusmodi libros in Gallia & Belg.

E. N. II.
20. II.

Th. m. or
p. Claudi
La Croix

Tom. VI

ca

Belgio obstetricantibus doctissimis viris catholicis prodiisse. Notat etiam *Pignat.* non sufficere, si quædam obiter de religione commiscantur, neque tamen necessarium esse, ut titulus vel argumentum libri sit Religio, sed satis esse, si ex professo de religione tractet. Quod si liber hæresin contineat, & simul ex professo agat de religione docet contrahi duplicem excommunicationem, & hoc videtur conforme dictis *n. 87.* nam alterutrum per se sufficit ad excommunicationem sibi respondentem. Ex hac ratione putat *Becanus* etiam eum incurrere duplicem excommunicationem, qui per lectionem libri hæretici de religione tractantis peccat, & contra Bullam cœnæ, & contra Regulam Indicis, nam ibi transgreditur duas leges, sed *Pignat.* probabilius contradicit, leges enim illæ sunt tantum materialiter duæ & moraliter una secundum dicta l. 5. à n. 132.

§. 5. Quamvis liber hæretici non tractet de religione, sed sit v. g. historicus, Poëticus, Juridicus, Medicus, Philosophicus, si tamen vel unam contineat hæresin, prohibetur sub excommunicatione, *Sanch.* in Decal. l. 2. c. 10. num. 34. *Bar.* tom. 5. d. 21. n. 10. *Laym.* l. 2. tr. 1. c. 14. *n. 4. Bonac.* De cens. d. 2. q. 5. pu. 4. n. 20. *Castrop.* *Crim.* n. 720. Addunt *Sanch. Dicast.* d. 3. n. 1180. *Crim.* n. 721. non sufficere si tantum ab illo libro hæresin expurges seu deleas, quia tua particularis expunctio non tollit communem prohibitionem, sed pro his partibus septentrionalibus paulò mitius est loquendum, unde *Laym.* c. 15. *n. 3. Dicast.* n. 1177. *Stoz.* l. 2. p. 3. n. 534. & alij hæc notant pro praxi cum *Busenb.* prohibitio non esse hic in eo rigore receptam, nam

passim in bibliothecis inveniuntur tales libri, & quamvis per accidens habeant aliquas hæreses inspersas, leguntur etiam à timoratis sine scrupulo. Illi tamen historici prohibentur sub communicatione, quorum præcipuum studium est agere contra Catholicos vel Monachos, quales sunt *Schleidanus, Aventinus, Münsterus* & similes. *Læm. Stoz, Dicast.* supra. *Münsteri* tamen historicus non reprobatur *Less* in auct. v. *hereticus*, cap. 15. nec opera *Erasmi Roterodami*, exceptis quibusdam colloquiis, neque opera *Ludovici Vives* aut *Wesenlii*, imò *Bodini* tractatum de Rep. dicitur posse, sed in Indice librorum prohibitum, post *Trid.* additur, & jussu illius est editus, post *Regulas* expressè habetur, quod *Bodini* de Rep. maneat damnatus & prohibitus. *Pignat.* supra laudat, si quando libri Authores damnati videantur utiles Reip. typis mandantur sub nomine alterius Authoris probati, & bonum remaneat tanquam è manibus ipsius possessoris recuperatum, sed rectè notat *Pagnat.* dummodo non constet librum esse hæretici, ad rem enim non facit, quòd supprimatur nomen hæretici aut aliud addatur nomen, cum etiam libri sub ficto nomine Apostolorum vel alicujus sancti ab hæreticis conscripti damnantur velut liber hæreticorum.

333. §. 6. Per Bullam cœnæ non prohibentur libri Ethnicorum vel Judæorum, cum hi non sint hæretici, *Suar. Verjus*, a. 4. *Dicast.* n. 1158. *Verjus* n. 716. Nec libri antiquissimorum hæreticorum, quia errores in ipsis contenti jam satis notati, confutati, ideòque minus periculosi sunt. *Steph. tr.* 3. d. 1. n. 50. Putant tamen prohiberi *Suar. & Dicast.* n. 1159. comprehendi Libros

Græcorum & Armenorum, qui non sunt sub obedientia Papæ, illi enim sunt schismatici & heretici etiam hæretici: Certum autem est per Bullam Pii IV. & Clem. VIII. prohiberi *thalmud.* & similes libros hebræorum, uti habetur in Iudice librorum hæreticorum post Regulam 10. ubi est additum, quod liber *Magazor* continens partem rituum & ceremoniarum judaicarum non prohibeatur in hebraicâ linguâ, sed tantum in omnibus aliis linguis.

§. 7. Per Bullam non prohibetur liber catholici Authoris, quamvis peraccidens habeat hæreses, *Côn. Krim. n. 716.* Addit *Pignat.* cum *Duardo*, quamvis liber catholici damnatus esset velut liber hæreticus, nisi expressè addatur, quod etiam sub simili pœna prohibeatur, non enim ideo Author est hæreticus: Idem dicit *Pignat.* quamvis etiam Author damnatus esset velut suspectus de hæresi: Damnato tamen Authore tanquam hæretico, libri ejus sunt hominis hæretici, Quod si parvo libro Catholici addita sint scholia seu annotationes majores Authoris hæretici, videtur prohiberi, quia est liber hæretici commentatoris, *Suar. Krim. n. 717.* contra *Saach. & Tamb. in Decal. l. 2. c. 1. §. 7. n. 9.* Imò putat *Dicast. n. 1161.* si liber Catholici, & usque adeo si sacra biblia habeant scholia & annotationes hæretici, quæ adeo crescant, ut volumen ex ipsis potius constet, quam ex doctrina catholica, prohibentur sub pœna Canonis, *Suar. Alter. Pignat.* Quod verum videtur, etiamsi hæc scholia mole suâ non adæquarent librum de se catholicum, quia tales libri non habentur propter textum catholicum, sed propter illas notaciones, quæ censentur esse principale contentum,

ergo propter illas censetur liber esse hæretici, & si passim habeat hæreses, etiam censetur hæreticus.

335. §. 8. Si liber Auctoris catholici fusè ad verbum referat textus & errores libri hæretici, non ideo incurritur hæc pœna, quia non est liber hæretici: quod valet, quamvis ex sola curiositate legeret, *Nav. Ugol. Sayr. Rodriq. Sanch. Duard. & alii: Addunt Suar. Ugol. Az. Laym. Bonac. Pignat. Krim. n. 718.* quamvis legeret animo discendi & imbibendi errores: attamen tum peccaret mortaliter.

336. §. 9. *Butr. Pegna, Ricciul. Pignat.* supra putant per Bullam prohiberi etiam libros hæresin continententes, quamvis conscripti sint ante lapsum in hæresin, quia postea sunt libri hominis hæretici, & militat idem periculum fidei & odium Auctoris, atque si scripti essent in statu hæresis. Si tamen non contineant hæresin, quamvis de religione tractent, docent *Soula & Bonac.* non prohiberi, & ita videtur habere præxis, cum scripti sint spiritu adhuc catholico.

337. §. 10. Probabilior videtur esse sententia illorum, qui cum *Sroz n. 536.* dicunt per Bullam cœnæ prohiberi lectionem etiam quaestionis, concionis aut epistolæ hæreticæ separatim editæ, quamvis non attingat decem folia (tunc enim haberet rationem libri, uti concedunt *Casrop. Dicast. & Steph. n. 55.*) Ratio est 1. quia si talis quaestio vel concio esset in libro hæretico, aut si epistola illi esset præfixa, quamvis unum tantum folium contineret, prohiberetur legi per Bullam cœnæ, uti communiter docent omnes: ergo etiam nunc prohibetur, quando est separata, cum de se sit apta tali libro inferi. 2. Si talis libri se-

cepta hæretica separatim edita legi possent, et si quis integrum hæreticum continentem præfationes conciones & epistolas hæreticas distulisset, jam singulæ possent legi sine violatione illæ cœnæ, quod non videtur dici posse, quia hæc etiam conjunctæ legi possent, cum sint eadem sive sint separatæ sive conjunctæ. *Nec refert*, quod separatæ non ita videantur habere nomen rationem libri, nam in utroque casu habent rationem libri saltem aptitudinaliter; deinde quando liber prohibetur, intelligitur omne scriptum aptum constituere librum hæreticum, & ponitur liber veluti principalis species pro genere, præsertim cum natura hujus legis non videatur esse odiosa, utpote favens fidei & Ecclesiæ contra hæreticos, adeoque merito censeri possit extendenda. Atque ob has rationes dicit *Dicast.* n. 1164. hanc sententiam esse probabilissimam, quamvis ipse cum *Lugo* de fide d. 21. n. 33. oppositam defendat ut veram, sequuntur *Portel*, *Marbani*, *Neuss*, *Sporer* autem & *Krim.* à n. 722. utramque dicunt esse probabilem: *Pignat.* tenet cum rigidiore, quia etiam pro talibus foliis viget intentio legis, & cum libris censentur etiam expressa illa, quæ ad libros reducuntur, hinc inferret cum *Ugol. Fill.* & aliis folia necdum compacta in librum, similiter prohiberi.

§. 11. Si liber hæretici ligatus in una compactura complectatur plures partes, quarum aliqua non habeant hæresin aut tractent de religione *Sanch. Bonac. Lugo* de fide d. 21. n. 79. & alii dicunt non incurri censuram per lectionem harum partium, quod verum est, dummodo partes illæ reliquæ habeant aliquo modo rationem libri secundum se distincti, si enim omnes simul

338.



eenseantur unus idemque liber, totus censeri debet prohibitus ob unam partem, uti refert Pignat. Et saltem retineri non poterit totus ille liber, cum in ea compactura sit liber hareticus.

339. §. 12. Docent cum communi *Suar. Sanch. D. cast. n. 1178. Verj. a. 3. Stoz, n. 536. Steph. n. 50. Pignat. Krim. n. 720.* prohiberi libros etiam manu-scriptos, si enim liceret legere manu-scripta eluderetur omnis prohibitio, quia possent haretici sola manu-scripta divulgare, aut alii facere sibi describi libros, per quod non evitarentur incommoda: Contradicunt alii cum *Tamb. l. 14. & Viva ad prop. 45. Alex. VII. n. 10.* quia manu-scripta non sunt in rigore libri, & in odioso non est facienda extensio. *Sylvius in Ref. variis p. 1. V. Libri,* post q. 4. citans *Rodrig. Barb. Azor, l. Libri manu-scripti communicari possunt ad legendum, nam tantum prohibentur, ne communicentur ad impendendum,* uti declaravit S. Congregatio. Hæc sententia videtur probabilis. Neque ideo eludatur prohibitio, nam libri impressi facilius habentur & libentius leguntur: Prima tamen sententia videtur tenenda, quia communior, neque facta constat de contraria declaratione S. Congregationis. Et quod manu-scripta veniant etiam nomine libri, videtur certum, nam ante inventionem typum utique erant & ab antiquis Monachis describebantur libri.

340. §. 13. Quantum legi debeat, ut peccetur mortaliter & incurratur censura, non conveniunt AA. *Toletus* putat sufficere unam vel alteram lineam legi, quia contineri potest haretice sed hæc opinio nimis rigida est, quia lex prædicta pœnalis, non spectat, quod raro, sed quod communiter fit, communiter autem non fit, ut

quis statim in prima linea hæresin inveniat. E
 contra *Croufers* apud *Dian.* in summa V. hæretico-
 rum libri n. 39. putat requiri eam libri partem,
 quæ per se sumpta verè dici possit liber, & quod
 infra est, dicit esse veniale. Sed hæc sententia
 nimis laxa est. *Manuel, Vivald. Sa, Sanch.* putant
 minus quàm paginam in folio non sufficere ad
 mortale, quod approbat *Krim.* n. 745. nec repro-
 bat *Laym.* uti nec *Castrop.* tr. 4. d. 2. p. 10. §. 2. n. 6.
 quamvis dicat à *Suar. & Bonac.* reprobari, *Tamb.*
 autem in *Decal.* l. 2. c. 1. §. 7. n. 34. dicit esse
 probabile. Sed *Marchant.* in trib. tom. 1. tr. 2. tit.
 1. q. 2. & *Sporer* in morali tr. 1. c. 5. n. 28. melius
 dicunt in hac re attendendam esse materiam,
 non secundùm se, sed secundùm finem prohibi-
 tionis, qui præcipuè est periculum perversionis,
 hinc si aperias librum hæreticum, & incidas in
 rem quæ directè est hæresis vel contra fidem, di-
 cendum est cum *Tolet.* te peccare mortaliter &
 excommunicari, licèt legas paucas lineas, quia
 & periculo te exponis & agis contra totum fi-
 nem legis. Si autem advertas materiam esse in-
 differentem, dicendum est cum *Sanch.* te non pec-
 care mortaliter, licèt legas paginam & fortè am-
 plius. *Dicast.* n. 1196 etiam rectè notat esse at-
 tendendum, an liber contineat frequentes hæ-
 reses necne, si enim multas in singulis v. g. pagi-
 nis contineat, contrahetur excommunicatio le-
 gendo pauciora, quàm si raras tantùm habeat
 hinc inde sparsas.

§. 14. Si quis ignorans idiomatis percurrat
 talem librum quasi legendo *Anch. Nald. Bonac.*
 dicunt eum incurrere excommunicationem,
 quamvis non intelligat quid legat, quia licèt ab-
 sit periculum perversionis, revera tamen legit,
 dein-

deinde quia Ecclesia prohibuit factum & non finem, præterea adhuc manet finis prohibitionis, qui simul est odium authoris hæretici, & ideo etiam tantum retinens incurrit: E contra *Suar. Sanch. Fill. Tambur. n. 31. Krim. n. 747. Pignat. Castrop. Dicast. n. 1183. Scoz, n. 538.* probabilius dicunt non incurrere, quia propriè non legit, nisi cum addito, materialiter, ad lectionem enim requiritur mente scripta percipere, qualem lectionem Ecclesia prohibet, quia illa sola est communicatio cum hæretico: Rectè autem notat *Dicast* supra ad lectionem non requiri, ut voces exterius ore efformes, sed sufficere, si exterius visu & simul mente percipiendò percurras verba, tum enim propriè & sensibilibiter diceris legere. Et in hoc etiam consentiunt *Ang. Suar. Sanch. Nald. Bonac. Pignat.* est enim tam lethale venenum hæresis, ut etiam oculis haustum enecet.

§. 15. *Suar.* dicit etiam audientem legi incurrere, tum, quia est idem utrobique periculum & odium hæreseos, quæ fuit ratio prohibitionis, adeoque extensio hæc valet, quamvis supponamus esse legem pœnalem, tum etiam, quia legere non tam est ore percurrere voces, quam eas mente percipere, ita ut hæc perceptio sit præcipua actio & velut complementum in ratione lectionis, ergo qui voces prolatas auditu percipit, etiam physicè censeri potest legere. Hanc sententiam admittunt *Nald. Az. Sayr. Gress. Regin. Sylv. Pignat. Verj. a. 6.* si, ut audiret, induerit alterum ad legendum, quia tum censetur moraliter legere per alium, cum enim mandat vel fieri velit, lectio fit nomine ipsius. E contra si non induerit, non censetur legere, sed tantum audire: & hæc sententia videtur probabilius.

or; attamen etiam probabiliter dicunt *Ugol.*
Sanch. Cón. Ell. Portel. Tamb. Castrop. supra n. 4. *De-*
gl. n. 1187. *Stoz* n. 537. *Krim.* n. 746. nequidem
 mandantem, ut sibi ad audiendum prælegatur,
 concurrere, quia ille tantum dicitur legens, qui
 visu & mente scripta percurrit: & ideo infert
Ugol. n. 51. probabile esse eum nequidem pec-
 care, qui per alium linguæ ignarum jubet sibi
 prælegi librum hæreticum. Addit *Sousa*, nec
 enim peccare, qui jubet sibi prælegi per eum, qui
 facultatem habet legendi, sed in utroque pro-
 babilius contradicunt alii cum *Pignat.* quia etsi
 talis lectio respectu proferentis non sit peccami-
 nosa, tamen est talis, quatenus mediante illâ
 esse, qui jubet & audit, dicitur per alium legere.
 E contra tamen, qui de memoria recitat, quæ
 aliquando legit in libro hæretico, nullo modo
 legit nec peccat, *Ugol. Suar. Sanch. & alii.*

§. 16. *Docent Laym.* l. 2. n. 1. c. 15. *Dicast.* n. 343.
 1195. virum prudentem & doctum non pecca-
 turum in Germania, si locum aliquem contra-
 dictionis quærat in hæretico auctore sperans cer-
 to, quod eo exhibito alter ad fidem sit conver-
 tendus, tum enim lex charitatis præponderat
 ecclesiastica. Aliud est, si fieret curiositatis cau-
 sa aut ex animo adhuc hæresin redolente, *Krim.*
 n. 751.

§. 17. Ludimagistro Catholico licitum non 344.
 est admittere pueros discentes legere v. g. ex ca-
 tchismo hæretico, tum quia ipse docendo &
 corrigendo reipsa legeret librum hæreticum,
 tum quia cooperatur ad talem lectionem & in-
 structionem in hæresi.

§. 18. Legentem, retinentem &c. excusat 345.
 ignorantia etiam crassa & affectata, communis
 cum

cum Pignat. suprà, dummodo non sit temeraria, qualis esset, si ignorans moraliter scire præsumatur, quia quando dubitat vel inquirat à viro fide digno vel quando est fama publica de prohibitione libri, aut quid simile, & tamen credere non vult aut ulterius inquirere, tum præsumitur scire; Bonac. Sanch. Lug. Pelliz. Castrop. Tamb. n. 29. Verj.

346. §. 19. Quando datur facultas legendi librorum hæreticos, additur, *ad salutem animarum & ad extinguendum hæreses & errores redarguendi & confutandi*, unde talis, qui non ex tali fine, sed v. g. ex solacioritate passim & communiter legeret, peccare graviter, quia in re gravi ageret contra finem saltem extrinsecum, quem legislator serio & efficaciter intendit, non tamen incurreret excommunicationem, concessio enim tum manet valida in ordine ad cavendam censuram, saltem tum, quando expressè non adduntur hæc particulae, *alias non, secus totum erit irritum & inane*, manet enim finis intrinsecus dispensationis, qui est eximere dispensatum ab obligatione legis; Verjuss a. 7.

347. §. 20. Hæc propositio est 45. ab Alex. VII. damnata: *libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibitâ diligentia corrigantur*. Oppositum itaque est verum, nempe retineri non posse usque dum expurgentur, etiam si quis legere non velit, sed statim esse extradendos: Et tam deponens librum apud alium, quàm depositarius acceptans excommunicatur, uti cum communi Pignat. pag. 481. contra Duardum, qui excusat deponentem; sed contrà est, nam ille censetur apud alium retinere suum librum: Et quod dictum est de depositario, valet etiam de

no, qui commodatò accepit, aut in pignus, nam
verè dicuntur tenere, *Duard. Pignat.*

§. 21. In retentione, ut possit discerni pec- 348.
catum grave à levi, consideranda est quantitas
sive mora temporis, intentio retinentis, & prin-
cipaliter finis legis prohibentis retentionem,
nam retinens per unum vel alterum diem cum
proposito postea tradendi excusatur à peccato
mortaliter, *Sanch. Duard. Regin. Castrop. Gordon. Dian.*
Pignat. pag. 482. Sporer supra. Si tamen tamdiu
exspectaret, ut censèretur non velle tradere, pec-
caret mortaliter & incurreret censuram, *Verj. a.*
f. si haberet voluntatem absolutè retinendi, &
paulò post mutaret hanc voluntatem, propone-
retque extradere, peccasset quidem mortaliter,
putatque Saur. De fide d. 20. f. 1. n. 22. incurris-
se censuram, sed probabilius negant Sanch. Regin.
Castrop. Spor. Dian. p. 5. tr. 5. R. 43. Verj. supra,
Dicast. n. 1203. Krim. n. 749. quia censura non
incurritur ob voluntatem, sed ob ipsam reten-
tionem, ergo si hæc de se non sit mortalis & lon-
ga, non censètur materia sufficiens ad censuram,
sicut licèt habuisses animum graviter vulne-
randi Clericum, si tamen Clericus ictum decli-
nans tantùm leviter esset à te percussus, secun-
dum antea dicta non esses excommunicatus.

§. 22. Incurrit excommunicationem, qui 349.
retinet libros hæreticos tantùm ad ornatum
sue bibliothecæ, licèt idioma non intelligat,
quia præter periculum perversionis fines prohi-
bendi fuerunt, ut tales libri planè abolerentur,
odium authoris hæretici, detestatio hæreseos
contentæ &c. *Sanch. Fill. Castrop. n. 7. & 9. Di-*
cast. n. 1200. Pignat. pag. 482. Verj. a. 8. Krim. n.
750. non excusant eos, qui libros illos vel eorum
partem

partem retinent ad involvenda in talibus foliis aromata aut medicinas.

350. §. 23. Qui librum, antequam prohiberetur redigit in compendium, excommunicatur, & hoc suum compendium manu-scriptum legat vel retineat post prohibitionem, est enim moraliter ipse liber compendiatus, *Pignat.* pag. 481. Et idem est de illo, qui composuit, si illum librum suum postmodum legat vel retineat in quavis causa.
351. §. 24. Qui petivit & expectat licentiam legendi tales libros, potest tantisper retinere, donec licentia data sit vel negata, dummodo responsum quamprimum expectetur, *Verjys* supra, similiter, qui paratus est tradere, potest expectare occasionem, ut tradat, dummodo non intercurrat longum tempus *Verjys* supra, *m. Pignat.* & *Stoz*, n. 539. dicunt, si commoditas tradendi deesset, & illa absque fraude & negligentia diu expectaretur, non incurrendam censuram, quia non dicitur verè retinere contra preceptum Ecclesie, qui expectat opportunum tempus tradendi.
352. §. 25. Qui tradit alteri habenti potestatem legendi, non abdicans à se dominium, sed tantum deponens ad tempus, incurrit excommunicationem, quia re ipsa retinet apud alium, *Ugolinus Duard.* *Graff.* *Sayr.* *Fagund.* *Sanch.* *Sousa*, *Bonac.* *Pignat.* pag. 483. E contra si tali tradat abdicans à se dominium & possessionem, licitè facit: Religiosi autem, imò & alii seculares satisfaciunt, si tradant in locum sequestratum, qui solet esse assignatus in singulis monasteriis, & dicitur carcer hæreticorum seu infernus, *Verj.* supra.
353. §. 26. Bibliopolis non licet hæreticorum librorum

E. VII.
20. II

Th. mor.
Clav. dii
La Croix
Tom. VI

ca.

rorum mercaturam facere, eos emendo aut vendendo, quia per hoc moraliter disseminant hæresin, *Less.* in Auctar. V. *Hæreticorum libri*, cas. 17. Et quamvis deceptus sis emendo, non ideo tibi licet revendere, sed potes dissoluto contractu repetere pretium tuum, quia inerat vitium meriti, quod si recipere non possis, attribue casui illud damnum, *Less.* cas. 20. Bibliopegos hæreticorum librorum dicit cas. 18. de jure naturæ excusari posse, quia tales libri etiam non compacti legi possunt, attamen videri agere contra Bullam cœnæ, quæ verat haberi aut teneri apud se tales libros; & quo ad hoc etiam consentiunt *Vigil. Sanch. Pignat.* pag. 482. notans tamen eum non incurrere censuram, qui compingit, ut statim mittat habenti potestatem legendi, cum enim hic legere possit, potest etiam sibi eum per alium comparare: Et ideo excusant *Ovied.* & alii simul, qui jussu domini habentis facultatem legendi, conservat talem librum.

§. 27. Si quis hæreditate acceperit libros hæreticos, putat *Florent. De Cocq.* in princip. Theol. tr. 4. c. 4. f. 3. eum posse commutare cum aliis libris catholicis, vel hæretico bibliopolæ vendere, ne grave damnum incurrat, nam si similitum librorum copia ibidem sit sufficiens, causa catholicorum non ideo fit multò deterior; hinc *Less.* in auctar. V. hæreticus cas. 21. dicit verum posse damni gravis vitandi causa vendere hæreticis bibliopolis, qui talium librorum copiam habent: Et certum videtur, quod saltem possit illis vendere, qui habent potestatem legendi.

§. 28. Qui librum hæreticum ipsemet commisit, non incurrit censuram Bullæ cœnæ, hæc enim

enim fertur contra retinentes, sed probabilis docent *Suar. Barb. Dicast. n. 1208. Krim. n. 752.* ubi viget Inquisitio, quod comburens incurrit censuram latam à *Julio III. & Pio IV.* mandantibus tales libros tradi Inquisitoribus eo fine, ut libri & auctores fiant noti & prohiberi aut etiam comprehendi possint. Adhuc tamen probabiliter dicunt *Sanch. Fill. Pignat. pag. 483.* cum non incurrere excommunicationem, qui combureret, quia quando præcipitur, ut Inquisitori vel Episcopo tradatur, est ideo præcipue, ut retineatur, quod non fit, si comburatur.

356. §. 29. Ille dicitur imprimere librum, qui est dominus officinæ, in qua fit expressio, nec qui ponit typum, humectat chartam, imponit atramentum, premit prælum, *Suar. Sanch. Lape. Pignat. pag. 484. Ardekin, supra q. 13. §. 4. Krim. n. 753.* qui autem corrigunt impressionem, aut faciunt sumptus pro impressione, quamvis proprie non dicantur impressores, tamen ex eo capite etiam excommunicantur, vel quod legantur uti corrector, & quidem toties, quoties legant magnam partem, vel quod faveant hæreticis, *Ugol. Sayr. Fill. Dicast. & alii cum Pignat.* E contra vendentes chartam, characteres, atramentum aut alia instrumenta ad usum typinecessaria sunt causæ valde remotæ, nec videntur incurritur censuram, uti innuunt *Castrop. Tamb. n. 44. Krim. n. 754.* & expressè *Pignat. pag. 485.* excipiens, nisi scientes ad istum finem peti, faceret animo favendi hæresi, unde etiam describentur incurrunt, non tanquam impressores, sed tanquam legentes & detinentes librum hæreticum vel saltém tanquam fautores.

357. §. 30. Qui ex pravo animo, vel ex respectu

E. III.
20. II.

Th. m. or.
Clav. dii
La Croix

Tom. VI

ca.

Authoris proponit argumenta pro defensione libri hæretici vel hæresis in eo contentæ, censetur defendens & incurrit excommunicationem, *Verf. a. 9.* Qui autem defendit librum hæreticum non absolutè, sed tantum ab oppugnationibus illius inefficacibus, v. g. dicens ex his vel illis rationibus malè oppugnari, non incurrit censuram, dummodo simul absolutè dicat esse reprobandum ex aliis rationibus, hoc enim non est propriè defendere librum, sed est impugnare argumenta malè impugnantis, *Dicass. n. 1219.*

§. 31. Hæc defensio fieri potest non tantum verbo, sed etiam factò, unde qui occultat librum, qui impedit, quò minus extradatur, comburatur &c. incurrit, quia factò defendit, *Suar. Sanch. Cætop. Tamb. n. 54. Pignat. pag. 489. Krim. n. 755.*

§. 32. Qui laudat stylum vel doctrinam eo animo, ut damnationem impediatur, defendit, nec enim opus est defensionem fieri ob hæresin vel auctorem hæreticum, sed ex quavis causa publicè vel occultè, quo vis ingenio vel colore, *Pignat. supra.* Libros hæreticos justè prohiberi ac etiam comburi, copiosè demonstrat *Pignat. in novissimis conf. 191. ubi conf. 192. agit contra libros atheos & magicos: conf. 193. contra Thalmudicos, Kabalisticos, Rabbinicos: conf. 194. contra astrologicos, onirocriticos, chiromanticos, divinatorios.* Hæc verba notanda esse duxi, quia quandoque posset de libris talibus requiri aliqua notitia, & vix in alio cum ea brevitate reperiretur tanta eruditio.

Q. 40. *Quid addendum sit circa libros alios prohibitos.* R. §. 1. Præter libros hæreticorum continententes hæresin, & hæreticorum, qui ex professione agunt de religione, varii alii prohibentur

Tom. VIII.

Kkk

præ-

præsertim in Indice librorum prohibitorum, qui addi solet post *Trid.* & de autoritate illius Indicis dicam n. 373. Sic *Clemens VIII.* prohibet sub excommunicatione latæ sententiæ, sed non reservatâ, libros hæresiarcharum, etiam si non contineant hæresin, nec agant de religione. *Sicut* *V.* sub excommunicatione latæ sententiæ Papæ reservatâ prohibet libros astrologiæ judicariæ seu divinationis de futuris contingentibus. Etiam prohibentur libri, qui res lascivas ex professo tractant, uti habetur in Indice Regula 1. 7. 9. Estque hic notandum, illos libros in Indice dici esse primæ classis, qui sunt vel hæreticorum & aut continent hæresin aut agunt ex professo de religione, vel sunt hæresiarcharum, quamvis hæresin non contineant, nec ex professo agant de religione; è contra illi dicuntur secundæ classis, qui sunt libri catholicorum & speciatim prohibentur propter materiam vel modum, quo scripti sunt, aut quia sunt de rebus sacris & produunt sine nomine auctoris vel impressoris &c. Notat autem *Laym.* l. 2. tr. 1. c. 15. n. 8. perlectionem librorum magicorum & obscenorum non contrahi excommunicationem, sed tantum peccari mortaliter, si adsit materiæ gravitas.

361. §. 2. Octodecim Epistolæ Provinciales *Leodovici Montalcii* & aliquæ *Antonii Arnaldi*, itemque alia opuscula prohibita ac damnata sunt ab *Alexandro VII.* anno 1657. sexta Septembris idem *Alex. VII.* tum damnavit omnes libros defendentes *Jansenismum*, quales libros esse Epistolæ *Montalcii*, notas *Wendrochi*, disquisitiones *Pauli Irenæi* declaravit universitas *Parisiensis* Septemb. 1660. ideoque libri illi 14. Octobris

E. VII.
20. T.

Th. mor.
Clav. dii
La Croix
Tom. VI

Col.

insequentis publicè combusti sunt Parisiis per
manum carnificis jussu Regis Gallia.

§. 3. Idem *Alex. VII.* eodem tempore prohi- 362.
bit libros edendos tractantes materiam de
Auxiliis. Postea *Im. XII.* in brevi ad academiam
Lovaniensem 6. Febr. 1694. inhærens decretis
Pauli V. & Urb. VIII. prohibet libros eos impri-
mi: sed de istis prohibitionibus videri possunt
Bar. Lusitanus De anima tr. 6. d. 2. à num. 292.
Platel. De gratia à n. 606. Henao de scientia me-
dia historicè propugnata in Præfatione, Paulus
Leonardi in resp. ad expoſt. p. 3. l. 12. August. Le
Blanc, in histor. De auxili. sub initium, Henr. à S.
Ignatio De Deo dist. 8. à n. 452. quamvis enim
inter eos sint aliqui, qui rigorismum laudant,
tamen hanc prohibitionem extenuant.

§. 4. Rituale Aletense damnatum est à Cle- 363.
mente IX. die 9. Aprilis 1668. tanquam tale, in
quo continentur doctrinæ quædam & proposi-
tiones falsæ, singulares, in praxi perniciosæ, erro-
neæ, & consuetudini in Ecclesia communiter
receptæ atque ecclesiasticis constitutionibus op-
positæ & repugnantes, quarum usu & lectione
Christi fideles in jam damnatos errores sensim
induci ac pravis opinionibus infici possent.

§. 5. Monita salutaria B. V. Mariæ ad cultor-
es suos indiscretos damnavit *Clemens X.* anno
1676. velut scandalosa prohibuitque legi. Por-
ro hunc libellum in hollandicam linguam ver-
terunt hæretici, rursùmque impresserunt Mid-
delburgi adjectis hæretis annotationibus, uti
refert *Alex. à S. Theresia* in tempest. noviss. art. 2.
Placuit autem libellus mirum in modum qui-
busdam Lovaniensibus, uti refert *Hilarius à S. Se-*
verino ad propositionem 26. ab *Alex. VIII.*

Kkk 2

damna-

- damnatam, ideòque in Belgio sæpius est recitata.
364. §. 6. Missale gallicum ab Alex. VII. 12. Jan. 1661. damnatum est & sub pœna excommunicationis prohibitum imprimi, legi, retineri. Et hanc excommunicationem incurri ipso facto, licet præfigatur alius titulus, doctè resolvit Universitas Oenipontana apud Wex p. 4. Dec. 1. cas. 10.
365. §. 7. Paulus Episcopus De Chartes 25. Junii 1708. damnavit pro diœcesi sua opus in 7. tomos distributum sub titulo, *Instructiones Theologicæ ad usum seminariorum*, Auctore Gaspare Juvenali Oratorii gallicani Presbytero &c. ostendens in eo contineri 5. propositiones Jansenianas. Idem opus S. Congregatio Generalium Inquisitorum de mandato Clementis XI. damnavit 9. Octob. 1708. & sub pœnis in Indice contentis vetuit imprimi, apud se retineri, legi, mandans statim & cum effectu extradi Ordinariis & Inquisitoribus.
366. §. 8. Henricus De Bissy Episcopus Meldensis dedit luci librum sub hoc titulo: *Mandement & Instruction pastorale de Monseigneur l' Evêque de meaux sur la Jansenisme, portant condamnation des Institutions Theologiques du Pere Juvenal. A Paris 1710.* Liber hic speciali Brevi à Clemente XI. laudatus est anni 1712. In 1. ejus parte à pag. 1. usque ad 48. exponit Episcopus, quæ sit doctrina Jansenii in 5. propositionibus damnatis. In 2. parte à pag. 48. usque ad 622. ostendit Theologiam Patris Juvenalis continere has 5. damnatas hæreses: quare pag. illâ 622. per speciale Edictum die 16. Aprilis 1710. damnat ac prohibet omnibus suis subditis Theologiam illam seu Institutiones Patris Juvenal. Qui volet compendium illius doctrinæ

E. VII.
20. II

de mor
Clau dii
La Croix

Tom. VII

ca.

- structionis pastoralis ejusque elogium, legat
 12. Jan. pensé Julio 1711. art. 102. pag. 1164. *Memoires*
 immuni par l' Histoire des sciences & des beaux arts &c. A
 neri. Et *revouox.*
- §. 9. Clemens XI. 2. Decemb. 1711. damnavit 367.
 prohibuit sub pœnis in Indice librorum prohi-
 bitorum contentis, apud se retinere vel legere
 librum, *Artes Jesuiticæ in sustinendis pertinaciter no-*
uitatibus laxitatibusque socrorum S. D. N. Clementi
pape XI. atque orbi universo denunciatae per Christia-
nam Alerophilum. Editio secunda mediâ ferè parte
refector. Argentorati apud Amatorem Kerckhoven 1710.
 prima autem editio etiam fuerat damnata jam
 dudum.
- §. 10. Concilium Tolosanum anno 1590. prohi- 368.
 buit quidem Calendaria, dum continent, prout
 nullum sit, prædictiones rerum à libertate arbi-
 trii dependentium, sed procul dubio ideo fue-
 rit, quòd eo tempore plus crederetur ejusmodi
 prædictionibus, quàm nunc fiat saltem in his
 regionibus, unde solent passim sine scrupulo &
 saepe ad risum legi ejusmodi fallentia Calen-
 daria.
- §. 11. Plures damnationes librorum plurimo- 369.
 rum prodierunt, speciatim aliquorum 25. Apri-
 lis 1693. sub *Imoc. XII.* quas omnes hic referre
 nimis longum foret.
- §. 12. Declaravit & statuit Clemens VIII. agens 370.
 prohibitione librorum §. 6. ut libri certâ lin-
 guâ primò editi & prohibiti, censeantur prohi-
 biti in quacunque linguâ postmodum edantur,
 ut refert *Alex. à S. Theresia* suprâ, art. 2.
- §. 13. Librum catholici Auctoris Romæ purè 371.
 confixum posse in Germania legi, defendit
 publicè aliquis Professor moralis. Idem censue-
 runt

runt interrogati à metres Doctores Theologie. Idem de libris secundæ classis tenent *Beccanus*, *Laym.* l. 2. tr. 1. c. 15. n. 4. & 8. aliique cum *Wex* supra in append. 1. n. 19. pro locis septentrionalibus, in quibus Bulla cœnæ non est in eo rigore recepta, cum in eo rigore non observetur à majore parte communitatis. Ratio autem est, quia in locis illis Germaniæ nemo est, qui observationem talium prohibitionum cum potestate urgeat.

372. Q. 41. Quid notandum sit circa impressionem & lectionem S. Scripturæ. R. §. 1. *Trid.* Sess. 4. in decreto de editione librorum distinctè mandat, ut impressio S. Scripturæ latina, sit tantum vetus & vulgata, prohibetque imprimi ejus interpretationes non approbatas ab Ordinariis.

373. §. 2. In Regula 4. Indicis sic habetur, *Cum* experimento manifestum sit, si sacra biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis oriri, hoc in parte judicio Episcopi aut Inquisitoris stetur, in eorum consilio Parochi vel Confessarii, bibliorum à catholicis auctoribus versorum lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione non dampnum, sed fidei atque pietatis augmentum capere posse, quam facultatem in scriptis habeant. Porro est maxima auctoritas illius Indicis, nam jussu *Pio IV.* per delectos à *Trid.* viros ex omni natione præstantissimos, maximo & diuturno labore effectus, à toto *Trid.* comprobatus, postmodum Romæ doctissimis ac probatissimis Prælatibus iterum propofitus & examinatus, atque ab ipso *Pio IV.* lectus, & tandem per expressam Bullam ejusdem auctoritate firmatus est; insuper approbatus est à *Sixto V.* & *Clemente VIII.* s. *Carolus Bor-*

romens tu
erlariis
ait, *Epif*
ur cirent
niform
tas & d
verso . .
tantus
piscaverit
§. 3.
tum est,
commur
Ordinari
tholicis d
Rom. & L
tes statur
a 317. P
in multi
uisse, ut
libris B
lacione p
hoc ab O
fatis not
consensu
rum, sep
examina
§. 4.
sub *hm.* 2
peena ex
facto inc
vendere
versionis
tanquan
editione
continex
roment

mens tuba sancti Spiritus, Organum Trid. Ad-
versariis charus, in Synodo anno 1565. ita sta-
uit, *Episcopi regulas Indicis . . . ab omnibus . . . ser-*
vari curent. Et in Synodo 3. anno 1573. sic habet
conformiter Indici, *de bibliis autem vulgariter red-*
ditis & de testamento novo in vulgarem etiam linguam
converso . . . ea diligens cautio adhibeatur, ut illius usus
tantum concedatur, quibus Episcopus permittendum
judicaverit.

§. 3. Circa Regulam relatam Indicis notan- 374.
dum est, quod non peccetur, nec incurratur ex-
communicatio ab iis, qui sine expressa facultate
Ordinarii in Germania legunt Biblia versa à Ca-
tholicis & usu publico approbata, uti notant
Wern. & Laym. l. 2. tr. 1. c. 15. n. 8. Imò sic legen-
tes testatur laudari *Serarius* apud *Gob.* in Clypeo
n. 317. Pro Belgio notant *Marchant. & Verj. a. 10.*
in multis illius locis consuetudinem jam inva-
uisse, ut honestis & prudentibus personis sæcu-
laribus Bibliorum lectio permittatur, dissimu-
latione potius quàm concessâ licentiâ, neque in
hoc ab Ordinariis contradici. Idem de Gallia
factis notum est: Sed id fieri non deberet sine
consensu saltem Parochorum vel Confessario-
rum, sæpe enim sunt corrupta Biblia, quæ priùs
examinari deberent à viris intelligentibus.

§. 4. *Clemens IX.* 20. April. 1668. & *S. Congreg.* 375.
sub dm. XI. 19. septemb. 1679. damnant & sub
pena excommunicationis latæ sententiæ ipso
facto incurrendæ prohibent legere, retinere,
vendere, imprimere, imprimi facere librum
versionis Gallicæ Montensis novi testamenti
tanquam temerarium, damnosum, à vulgata
editione difforem & offencicula simplicium
continentem: titulus est, *Le nouveau de nostre*
Kkk 4 ser-

seigneur JESUS Christ traduit en Francois selon l'edition vulgate, avec les differances du Grec, Montibus Hannoniæ & Lugduni impressum vel ubicunque imprimendum. Contemnunt quidem Jansenistæ hæc Pontificis mandata, imò Auctor libelli Flandrici, *Korte ende noodighe onderwysinge*, pag. 25. dicit mandatum hoc non à Deo sed à diabolo profectum esse. Alius Jansenista dicit *Clem. IX.* non scivisse latinum, gallicum aut grecum, ideoque non potuisse ferre judicium delibro, quem non intelligebat: sed hæc sunt fallæ, temerariæ ac profus impiæ cavillationes, nam imprimis *Clemens IX.* testatur id factum post diligens examen Cardinalium & virorum pietate, doctrinâ ac sapientia præstantium. Deinde *S. Congregatio sub Inn. XI.* caret suspitione ejusmodi ignorantia.

Obji. Malè supponi, quòd illa versio sit corrupta. 2. Potest aliquis esse certus, quòd lectio illa non sit sibi obfutura, ergo saltem talis poterit legere. *æ.* ad 1. quòd corrupta sit, judicârunt examinatores Romani, pro quibus standum: deinde licet corrupta non esset, attamen non est approbata, ergo adhuc prohiberi possit. Ad 2. n. consequ. quia quamvis finis legis in hoc vel illo particulari videatur cessare, non ideo desinit obligare secundum dicta l. 1. à n. 863.

376. §. 5. Librum edidit *Paschasius Quesnel* oratorius Berullista in plures tomos distributum, sub titulo: *Le nouveau testament en Francois avec des reflexions morales sur Chaque verset &c. à Paris 1699.* Ac aliter. *Abregé de la morale de l'Evangile, des actes des Apostres, des Epistres de S. Paul, des Epistres Canoniques & de l'Apocalypse ou Pensees Crétiennes sur ces livres sacrez &c. A Paris 1693. & 1694.* Hunc librum

Joan-

Joannes Franciscus Episcopus Lucionensis & Stephanus Episcopus Rupellensis per Edictum pro dicentibus suis impressum Rupellis sub hoc titulo, *Ordinance & Instruction Pastorale &c.* damnarunt 15. Julii 1710. & sub excommunicatione ipso facto incurrenda sibi que reservata prohibuerunt imprimi, transcribi, legi, retineri, mandantes sibi statim extrahi. Pro universali autem Ecclesia hic liber à Clemente XI. post diligens examen speciali Brevis, quod incipit, *Universi Dominici Gregis cura*, 13. Julii 1708. damnatus est, tanquam novi testamenti textum damnabiliter exhibens & temerariè vitians &c. Hinc illum etiam alio idioma seu quavis editione aut versione hætenus impressum aut imprimendum reprobatur, ipsius impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem & usum omnibus & singulis etiam specificè & individuè mentione & expressione dignis, sub pœna excommunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrenda, Papæ reservata prohibet; mandans ut quicumque librum illum penes se habet aut in futurum quandounque habebit, illum statim locorum Ordinariis vel Inquisitoribus tradat, hi verò exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. Eandem damnationem & prohibitionem repetivit idem Clemens XI. in Constitutione, *Unigenitus Dei filius*, 8. septemb. 1713. ac insuper propositiones 101. ex dicto libro excerptas damnat tanquam falsas, captiosas, malè sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesiæ & ejus praxi injuriosas, neque in Ecclesiam solum sed etiam in potestates sæculi contumeliosas, seditiosas, impias, blasphemias, suspectas de hæresi, ac hæresin ip-

ſam ſapientes, nec non hæreticis & hæreſibus ac etiam ſchiſmati faventes, erroneas, hæreſi proximæ, pluries damnatas, ac in famoſis Janſenii propoſitionibus, & quidem in eo ſenſu, in quo hæc damnatæ fuerunt, acceptis continentur, manifeſtè innovantes, reſpectivè, declarat & damnat; prohibens eas defendere aut de eis etiam diſputativè tractare, niſi impugnando, ſub excommunicatione ipſo facto abſque alia declaratione: non ideo approhando quoad reliqua librum.

377. §. 6. Dictus *Queſnelli* liber contendit malè ab Eccleſia prohiberi ulli homini fideli, etiam laico & fœminæ, lectionem ſacræ ſcripturæ ac præſertim novi teſtamenti in vulgari lingua, ſed *Clemens XI.* in dicta Bulla *Unigenitus*, meritò damnavit *Queſnelliani* libri ſeqq. prop. 79. *Utile & neceſſarium eſt omni tempore, omni loco, & omni perſonarum generi ſtudere & cognoscere ſpiritum, Pietatem, & Myſteria ſacræ Scripturæ.* 80. *Lectio S. Scripturæ eſt pro omnibus.* 81. *Obscuritas ſancta Verbi Dei non eſt ratio diſpenſandi ſeipſos ab ejuſ lectione.* 82. *Dies Dominicus à Chriſtianiſ debet ſanctificari lectionibus pietatis, & ſuper omnia ſanctarum Scripturarum.* *Damnòſum eſt velle Chriſtianum ab hac lectione retrahere.* 83. *Eſt illuſio ſibi perſuadere, quod notitia Myſteriorum Religionis non debeat communicari fœmini, lectione ſacrorum librorum.* *Non ex fœminarum ſimplicitate, ſed ex ſuperba virorum ſcientia ortus eſt ſcripturarum abuſus & nate ſunt hæreſes.* 84. *Abripere è Chriſtiano manibus novum teſtamentum, ſeu eiuſ illud clauſum tenere, auferendo illis modum illud intelligendi, eſt illi Chriſti os obturare.* 85. *Interdicere Chriſtianiſ lectionem S. Scripturæ, præſertim Evangelii, eſt interdicens regnum luminis filiiſ lucis, & facere ut patiantur ſpectum*

E. VII.
20. II

Tom. mor.
P. Claudi
La Croix

Tom. VII

Ca.

condonam excommunicationis. 86. Eripere simplici populo hoc solatium, jungendi vocem suam voci totius Ecclesie, est usus contrarius praxi Apostolicæ & intentioni Dei.

§. 7. Ut magis intelligatur æquitas harum 378. damnationum, & elidatur temeritas Jansenistarum, qui contendunt usque adeo esse etiam obligationem legendi saltem novum testamentum etiam in vulgari lingua, Nota seqq. 1. Lectio Scripturæ sacræ non est necessaria ad salutem necessitate mediæ, aliàs omnes ignorantes litteras aut non legentes certò damnarentur. 2. Scripturam promiscuè & passim in lingua vulgari legi non præscribit lex naturæ, alioquin omnes tenerentur discere litteras, habere & legere Scripturas, unde infiniti damnati essent & etiamnum damnarentur, maximè in eorum sententia, qui cum Jansenistis in iure naturæ non admittunt ignorantiam invincibilem: hinc rectè S. Augustinus de doctr. Christiana l. 1. c. 29. homo fidei & Charitate subnixus eaque inconcussè retinens non indiget Scripturis, nisi ad alios instruendos, itaque multi per hæc tria, etiam in solitudine sine codicibus vivunt. 3. Nec de hoc est præceptum positivum divinum vel humanum, nam nullibi exstat, & aliàs deberet præsupponi etiam præceptum discendi litteras, emendi Scripturam & similia. Item esset obligatio traducendi Scripturam in omnes linguas vernaculas: præterea teneretur Ecclesia providere de emendata in singulis linguis versione (utè providit de latina, quam tamen non præcipit, sed permittit tantum legi) alioquin periculum esset, ne per quascunque vernaculas plebi corruptum Dei verbum proponeretur, ad illa autem Ecclesia non agnoscit obligationem.

Præ-

Præterea dicendum esset præcipi lectionem tam veteris quam novi testamenti, quia utrumque ad nostram institutionem est exaratum, utrumque continet veritates divinas, nemo autem ex Novatoribus hoc asserit de veteri testamento, ergo nec dicendum est de novo. 4. Lectio Scripturæ in lingua vulgari passim sine discrimine jure prohibita est per legem ecclesiasticam, ut patet ex Regula 5ta Indicis jam relata, cujus Indicis quanta sit auctoritas dixi ibidem. 5. Lectio Scripturæ passim permixta in lingua vulgari ordinariè multum noceret præsertim rudibus, quia Scripturæ sensus est difficilis teste S. Petro de Epistolis Pauli, patetque ex Apocalypsi & multis locis, quæ videntur sibi contradicere, ut autem Scriptura cum fructu legatur, debet legens formare sibi aliquem sensum illius, quod non poterunt rudes & mulierculæ, nisi cum periculo erroris & pertinaciæ ad insistendum sensui, quem primò sibi formaverint. Deinde ut utiliter legatur, debet secundum Adversarios legens antecederet esse instructus quoad communes fidei veritates, & cordis puritatem habere, plurimi autem sunt à plebeis & mulierculis, quibus alterutrum vel utrumque deest. Præterea si passim sine examine permittatur vernacula lectio Scripturæ, facile in manus venient versiones corruptæ v. g. Lutherana, Calviniana, Genuensis, Vicleffiana, quod esset periculosissimum. Item fiet, ut Parochianorum conciones negligantur à plebe, quæ ipsa sibi & aliis concionari & in suo sensu abundare volet; ac abutetur Scripturâ ad firmandos errores & privatos sensus proprios. Rectè S. Hieronymus in c. 12. Danielis, *Scripturæ intelligentiam sibi imperitissimi maxime*

me veniam
parrula
sus, ha
quam d
rientiã
quavis
comm
in Ge
multu
Superi
7. In c
Scriptu
cunque
dum ef
rioris &
illos, q
Objec
tamini S
sem hab
Scriptur
scripsit
ut leger
scripser
4. SS. P
pturæ:
parace v
debet e
gitur in
vertit in
garis. 7
vum tes
versio h
camus p
Hæc &
Pignat.

E. M. I.
20. I.

TO m. or.
P. Clau dii
La Croix

Tom. V D

Ca.

pendicant; Addit Epistola ad Paulinum, hanc
 garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbo-
 sus, hanc universi presumunt, lacerant, docent ante-
 quam discant. 6. Cum ex dictis constet & expe-
 rientia sit manifestum lectionem Scripturæ in
 quavis linguâ vulgari, ordinariè plus afferre in-
 commodi, quàm utilitatis, patet justè prohiberi
 in Germania, quia quod in communi aptum est
 multum nocere, justè prohibetur, donec videant
 Superiores, quibus tutò & utiliter permittant.
 7. In dubio (quodad minimum est) an lectio
 Scripturæ in lingua vulgari aut versione quali-
 cunque sit futura noxia, si prohibeatur, paren-
 dum est, quia possessio est pro autoritate Super-
 ioris & potestate prohibendi, maximè apud
 illos, qui dicunt semper tutiora esse sequenda.

Obijciunt plurima, 1. Scriptura ipsa dicit, *scru-* 379.
ramini Scripturas. Ut per consolationem Scripturarum
spem habeamus. Solatio habentes libros sacros. Omnis
Scriptura divinitus inspirata, utilis est. 2. S. Paulus
 scripsit ad rudes populos Epistolas suas, utique
 ut legerentur ab ipsis. 3. Christus ipse ea, quæ
 scripserunt Evangelistæ, locutus est rudi plebi.
 4. SS. PP. hortantur omnes ad lectionem Scri-
 pturæ: S. Chrysost. ait, *obsecro seculares omnes, com-*
parare vobis Biblia. 5. Doctrina fidei, quam scire
 debet etiam vulgus fidelissimè continetur & le-
 gitur in Bibliis. 6. Etiam ideo S. Hieron. Biblia
 vertit in latinam linguam, quæ tunc erat vulga-
 ris. 7. Absurdissimum est dicere, quòd no-
 vum testamentum sit liber prohibitus. 8. Con-
 versio hæreticorum facilitatur, si cum ipsis di-
 camus plebi licere lectionem Scripturarum. R.
 Hæc & similia argumenta meritò explodit
 Pignat. tom. 2. conf. 56. altero. Breviter dico,
 Ad

Ad 1. Hæc non dicuntur passim ad plebem & mulierculas, sed ad illos, qui erudire debent alios, aut qui habent condiciones ad tutò & utiliter legendum, quòd quinam sint, judicare debent Superiores ecclesiastici. Consolatio Scripturæ tutissimè communicatur plebi per Pastores: Panis est utilis omni homini, sed pueris porrigitur cum lacte, ægris frangitur ad mensuram, aliis secundum necessitatem accommodatur. *Ad 2.* S. Paulus scribebat ea, quæ per se vel alios viros Apostolicos docuerat aut docturus erat, hinc in ecclesiis legebantur ejus Epistolæ ac exponebantur: & ita etiam nunc fieri debet per prædicatores Evangelii. *Ad 3.* Est eadem responsio. *Ad 4.* De SS. PP. dic uti *ad 1.* Quod S. Chrysostomum attinet, ipse erat Episcopus & advertebat populum suum meliùs non posse abduci à spectaculis theatrorum, quibus deditus erat. Nunc sunt circumstantiæ, ob quas Episcopi & Ecclesia prohibent omnibus promiscuè lectiorem. *Ad 5.* Continetur in Bibliis, sed proponi debet à Pastoribus. *Ad 6.* Tempore S. Hieronymi non erat impressio, quæ, uti nunc, redderet versionem communem: & manuscripta à solis doctis habebantur. *Ad 7.* Novum testamentum non est liber prohibitus, cum permittatur hebraicè, græcè & latinè, sed rudes sunt prohibiti illud legere in quavis alia lingua & versione, non ob vitium libri secundum se, qualia vitia sunt in libris hæreticis, obscænis aliisque prohibitis, sed ob imbecillitatem vel malam dispositionem eorum, qui legerent. *Ad 8.* Facilitabitur per medium prudens & opportunum, N. per medium imprudens & importunum, transeat. Et si ideo sit cedendum, ergo etiam abrogandæ sunt ceremoniæ

monia
sumen
§. 8
Titius
valde p
lo dom
sua am
psalm
Calvin
mis fan
se habe
non ipse
milia li
quod T
hæretic
sub offi
tum &
omnes
carmin
Nec Ti
licitè ca
pturæ
ticis fac
cum ali
nemo n
ce plane
tam pri
dem sub
Trid. sess
tum lib
primi, a
facris,
tint ab
tusque
vernacu

monia Missæ, Eucharistia sub utraque specie
sumenda, permittendæ Sacerdotibus uxores &c.

§. 8. Huc reducitur solutio sequentis casûs : 380.
Titius Catholicus è Lutherano factus quondam
valde psalmodum cantu delectatus, in suo sacel-
lo domestico indies dicit Missam, sub qua cum
sua ampla familia ad organum canit Davidis
psalmos germanicos, quos *Ambrosius Lobwasser*
Calvinianus quondam vertit ex gallicis ryth-
mis famosissimi *Marotti Galli*. Titius quidem pro
se habet veniam legendi libros hæreticos, sed
non ipsius familia : *Queritur*. An Titius & fa-
milia licitè hos psalmos cantent. R. 1. Per hoc
quod Titius facultatem habeat legendi libros
hæreticos, non ideo habet veniam psalmos illos
sub officio divino canendi; nulla enim inter
tamam & alteram facultatem est connexio, nam
omnes facultatem habent legendi v. g. Virgilit
carmina, sed non ideo canendi sub divinis. R. 2.
Nec Titium nec familiam posse dictos psalmos
licitè cantare, quia omnes versiones sacræ Scri-
pturæ (adeoque & versio psalmodum) ab hære-
ticis factæ jure communi sunt prohibita, uti
cum aliis *Layman* l. 2. tr. 1. Cap. 5. n. 8. 2. Quia
nemo negaverit indecens esse, & Sedi Apoitoli-
cæ planè contumeliosum, si talis versio non tan-
tam privatim legatur, sed etiam publicè, & qui-
dem sub ipso Missæ sacrificio cantetur. 3. Quia
Trid. sess. 4. in Decreto De editione & usu sacro-
rum librorum sub pœna anathematis vetat im-
primi, aut etiam apud se retineri libros de rebus
sacris, nisi primùm examinati probatique fue-
rint ab Ordinario, qualiter examinatus proba-
tusque non est ille psalmodum liber in linguam
vernaculam conversus.

Q. 47.

381. Q. 42. Quid addendum sit circa impressionem & lectionem aliorum librorum, & speciatim controversiarum fidei. R. §. 1. In Indice, de quo dixi n. 360. Titulo De impressione librorum sic habetur: nullus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen & patriam præferet auctoris: Regulares præter Episcopi licentiam meminerint teneri se facultatem à Præfato, cui subjacent, obtinere. Episcopi ad vigilantes summopere, ut in singulorum impressione librorum, nomen impressoris, locus impressionis & annus, quo liber impressus est, in principio ejus atque in fine annotetur. Hæc decreta passim non observantur, vel eliduntur, ponitur enim sæpe fictum nomen aut suppositum, aut tantum per anagramma, quod vix cognosci potest: additur v.g. Colonia, quando impressus est Antverpiæ &c. Hæc omnia malè ob gravia inconvenientia, quibus occurrere voluit Trid. unde quamvis Dicast. n. 1241. dicat se videre, quod viri docti & probi id sine scrupulo faciant, reipsâ tamen non ideo videntur excusari omnino; Si autem addatur verum nomen Academiæ, Collegii vel Ordinis, è quo auctor est, excusat Tamb. in Decal. l. 2. c. 1. §. 7. n. 53. quamvis taceatur nomen determinatæ personæ, quia si opus fuerit, poterit inquiri & reperiri determinatè Auctor, aut respondere debebit de hoc talis communitas.
328. §. 2. Trid. sess. 4. in Decreto de editione librorum sic statuit: Nulli liceat imprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine Auctoris, neque illos in futurum vendere aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis & pecuniæ in Cœnone Concilii novissimè Lateranensis appositæ. . . . Quis autem scripto eos communicant vel vulgant, nisi auctorem exami-

examinati probatique fuerint, eisdem pœnis subjaceant, quibus impressores, & qui eos habuerint vel legerint, nisi prodiderint Auctores, pro Auctore habentur. Hirc' Arsidek. dicit eos peccare mortaliter, qui legunt libros sine nomine Auctoris editos, si de rebus sacris agant: Busenb. dicit, ubi Trident. receptum est, incurri excommunicationem ab imprimantibus, imprimi mandantibus, vendentibus, apud se retinentibus, vulgantibus libros de rebus sacris sine nomine Auctoris & approbatione Ordinarii: sed etiam hic rigor Tridentini non est ubique in his partibus receptus.

§. 3. Si Regularis curet imprimi librum de rebus sacris cum sola approbatione Ordinarii, & non cum licentia Superioris, docet Sylvius p. 1. v. libri impressio concl. 1. quod peccet graviter, si autem non esset de rebus sacris, quamvis non agat directè contra Trident. tamen concl. 2. dicit videri adhuc graviter peccare, quia agit contra notabilem constitutionem sui Ordinis. Attamen tamen incurrit censuram, quia hæc incurritur tantum, quando omittitur nomen Auctoris, examinatio & approbatio Ordinarii, Suar. Sylv. concl. 3. ubi tamen refert Decretum Urbani VIII. mandantis omnium Religionum Superioribus, ut sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda præcipiant subditis suis, ne ullos libros de quavis materia tractantes imprimant sine expressa Superiorum revisione & in scriptis approbatione.

§. 4. Si quis curet imprimi librum legitime approbatum, sed approbationem & licentiam non apponat, peccat, & in rigore, liber est prohibitus, quia Lateranense & Trident. vetant imprimi sine approbatione, quod explicant Caj. Nav. Suar. Tom. VIII. LII sine

sine approbatione adjuncta seu simul impressa, *Sylv.* suprà q. 3., ubi tamen dicit, si talis liber publicè vendatur in loco catholico, ubi est librorum approbator, hoc ipso, quòd permittatur vendi, haberi pro approbato, ac posse præsumi esse approbatum.

385. §. 5. Libros famosos imprimere aut legere est jure naturæ illicitum, non aliter ac eloqui & audire detractionem. Illi autem libri dicuntur famosi, qui alicujus famam injustè lædunt, vel continent infamiam necdum publicam: & si sint contra Ordinem religiosum, incurritur excommunicatio ab *Alex. IV.* lata, *Fill. tr. 15. n. 126.*

386. §. 6. Secluso periculo perversiõis putant *Tamm. & Burgh.* cent. 1. caf. 8. non peccari, si legatur Pasquillus etiam ab hæreticis impressus contra varios status hominum, dummodo fidem catholicam & Papam non tangant, tum, quia vel talia sunt aliunde publicè decantata, vel non creditur ejusmodi nugacibus scriptiunculis, vel ob difficultatem abstinendi & frequentiam contrarii usûs prohibitio, si quæ fuit, videtur deliisse.

387. §. 7. In Indice Regula 6. sic habetur: *Libri vulgari idiomate, de controversiis inter catholicos & hæreticos nostri temporis differentes, non passim permittantur, sed idem de iis servetur, quod de Bibliis vulgari lingua scriptis statutum est.* Verùm hæc prohibitio in Germania & Belgio non observatur, quamvis fateri oporteat, quòd talis lectio multis sit pernitiõsa, præsertim illis, qui non satis firmi sunt in fide, aut sunt simpliciores, & potiùs attendunt ad hoc, quod objicitur ab hæreticis, quàm quod responderetur à Catholicis: maxime autem vitandi

tandi sunt rudibus illi controversiæ, qui subtilia argumenta hæreticorum nervosè & ad plausum proponunt, solutionem autem breviter & frigidè: imò rectè notat *Verj. a. 11*. tales libros merità non esse permittendos imprimi, præsertim in lingua vulgari.

*Q. 43. Quas pœnas incurrant legentes aut retinendi libros hæreticos vel alios prohibitos. R. Satis colligitur ex dictis & ex hac Regula 10. Indicis in fine. Si quis libros hæreticorum vel cujusvis Auctoris scripta ob hæresin vel ob falsi dogmatis suspensionem damnata atque prohibita legerit, sive habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat; qui verò libros alio nomine interdictos legerit aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, judicio Episcoporum ferere puniatur. Denique notandum est cum *Schiaz. l. 4. diff. 21*. laicis (quales non sunt primam tonsuram habentes) prohiberi *Cap. Quicumque, De hæret. in 6.* sub pœna excommunicationis ferendæ sententiæ, ne disputent de fide publicè vel privatim cum hæreticis. Id ipsum etiam prohibetur Clericis indoctis, *L. Clericus, Cod. De summa Trin. & fide cath.**

Q. 44. Quis possit dare facultatem legendi vel corrigendi libros hæreticos & prohibitos. R. S. 1. Superiores regulares posse suis dare facultatem legendi & retinendi libros hæreticos putarunt multi viri docti à me interrogati, ducebantur his rationibus: 1. Quia Patres Provinciales viri pii & docti quorundam Ordinum eam facultatem hætenus semper dare consueverunt, qui communis mos videtur esse sat solidum fundamentum. 2. Quia est justa & rationabilis præsumptio pro sapientibus viris illis, non ignavis eorum, quæ obmoyentur, nec tamen difficillibus.

bus in ea potestate danda, estque semper præsumptio pro Superioribus, argumento Cap. *Quid culpatur*, 23. q. 1. *Laym.* l. 1. tr. 1. c. 5. §. 2. n. 11. & omnes in Cap. *Quoniam contra*, ubi nominatim *Decius* n. 33. ff. De probat. *Alciatus* Reg. 3. præsump. 9. *Abbas*, concl. 41. n. 2. Præsumptione autem merito stari in utroque foro adstruit *Sanch.* in Decal. l. 2. c. 10. n. 11. & 13. 3. Quia Bullæ & prohibitiones in contrarium ignotæ sunt, adeoque non receptæ usu apud Germanos. 4. Et præcipue, quia saltem quod Societatem **JESU** attinet & alios participantes ejus privilegia, *Pius V.* & post eum *Greg. XIII.* per Bullam *Exponi nobis*, 1575. concedit, ut *Præpositus Generalis* consideratè cum delectu & re consultatâ cum *Assistentibus* possit concedere facultatem legendi libros hæreticos & alios prohibitos ad oppugnandum, uti refertur in *Compend. privil.* v. *Libri prohibiti* §. 1. Et ibidem §. 2. sic habetur: *Possunt nostri uti libris non hæreticis, licet habeant annotationes & scholia Auctorum hæreticorum, aut Auctores ipsi mali sint, si libri ipsi non sint editi ad stabilienda dogmata hæretica, dummodo nomen Auctoris, si sit hæreticus aut in Indice prohibitus; & si quid inter legendum impium occurreret, deleatur.* Et facultas hæc in dicto comp. communicatur Provincialibus. Similiter in §. 3. & seqq. ejusdem compendii datur facultas eis, qui à Superioribus nostris deputati fuerint, corrigendi alios quos libros prohibitos.

390. §. 2. Alii negant Superiores regulares posse dare facultatem ad legendos aut retinendos, saltem libros hæreticos, quia putant ista esse revocata per sequentes Pontifices, nam *Greg. XV.* 30. Decemb. 1622. per Bullam *Apostolatus officium*, revocavit datas quibusunque personis cujuscun-

que s
haben
prohib
April.
ob hæc
per co
itrolog
prohib
clericali
cujuscun
modo
unque
omifer
hender
scriptu
1631.
tur accep
nes etia
fidem
ficium
hæresin
bitorum
cultas
XIII. na
curr sui
quiri d
faculta
libus.
tatem
quia in
post §. 2.
vendi lib
fuisse à
constit.
145. At

que gradus & conditionis licentias legendi vel habendi libros hæreticos vel quomodolibet prohibitos: *Urb. VIII.* Bullam illam innovavit 2. April. 1631. expressè addens, libros quoscunque ob hæresin vel falsi dogmatis suspicionem, seu per constitutiones Apostolicas etiam ratione astrologiæ judiciariæ vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis, laicis & ecclesiasticis, tam secularibus quàm regularibus cujuscunque Ordinis, Societatis & instituti quomodocunque concessos: per quæ verba, *cujuscunque Ordinis, Societatis & Instituti*, quæ *Greg. XV.* omiserat, videtur voluisse etiam nos comprehendere; Hinc *Dicast.* qui in Germania vixit & scripsit hîc d. 3. n. 257. ait: *Urbanus VIII.* 5. Nov. 1631. per constitutionem, quæ incipit, *Cum si- cut accepimus*, revocat, quidquid potuerunt omnes etiam de Societate, circa ea, quæ concernunt fidem catholicam illiusque professionem & officium S. Inquisitionis, qualia sunt ea, quæ ad hæresin spectant, & lectionem librorum prohibitorum. Accedit quoad libros hæreticos difficultas ex verbis concessionis per *Pium V.* & *Greg. XIII.* nam cum dicat, *cum delectu & re consultata cum suis Assistentibus*, videtur eligi industria seu requiri determinatè judicium Generalis, adeoque facultas illa non erit communicabilis Provincialibus. Denique quod mihi maximam difficultatem facit circa illam facultatem nostram est, quia in dicto compendio nostro suprâ in fine post §. 6. additur: *Adverte, facultatis legendi & habendi libros prohibitos universalem revocationem editam fuisse à Greg. XV. 30. Decemb. 1622. in Bullar. comm. constit. 40. & ab Urb. VIII. 2. April. 1631. ibid. constit. 145.* Atque ideo *Dian. Portel. Delb. Lezan. Pignar. in novissi.*

novissimis conf. 196. pag. 492. stant pro hac sententia negante, uti & novissimè *Viva* ad prop. 2. §. *Alex. VII.* n. 11. quamvis contradicat *Peyrimis*, patens Pontifices non derogare Privilegiis Religio- num, sed solum particularibus licentiis; atque ita referunt, sed nihil statuunt *Bassæus V. Hæresi* n. 17. *Herinx* De fide disp. 9. n. 82. sed *Pennafels* De fide disp. 16. n. 69. relata sententiam illam *Peyrimis* rejicit dicens, facultatem quoad libros hæreticos tam inquisitoribus quàm Regularibus olim factam per constitutiones illas revocari. *Pelliz.* Tom. 1. tr. 6. c. 5. n. 37. dicit speculativè defendi posse, per Pontifices revocatas esse licentias, quomodocunque etiam per privilegium datas ad legendum tales libros: item potestatem dandi ejusmodi licentias esse restrictam ad solam Congregationem S. Officii, adeoque ablatam illis, qui illam habebant viâ ordinariâ, uti erant Ordinarii & Inquisitores, sed non ideo potestatem concedendi facultatem legendi tales libros esse ablatam illis, qui privilegium habebant, de hoc enim nulla fit mentio, nihil tamen vult determinare: *Pignat.* autem suprâ directè contradicit, tantum id permittens quoad alios libros prohibitos, sed non hæreticos. Et fatetur mihi ista retulisse: De cætero, quod me acceperunt, quia non tantum Nuntii Apostolici, sed etiam Episcopi in his partibus habent speciales facultates concedendi potestatem legendi & retinendi libros hæreticos, uti retuli l. 6. p. 3. n. 832. & 846. ab illis pro securitate hætenus petii hanc potestatem, uti & absolvendi ab hæresi & à lectione librorum prohibitorum, quando sunt casus cadentes sub Bullam cœnæ, de quibus omnibus multa etiam dixi l. 6. p. 2. à n. 1613. & 1615.

Oppo-

E. III.
20. II.Tom. mor.
Claudii
La Croix
Tom. VII

Ca.

Opponi potest 1. Quod alii Regulares sine scrupulo tali facultate utantur, uti & dicuntur abolvere ab hæresi, ergo & nos posse. R. N. conseq. quia nobis deberet facultas illa communicari per Generalem, fortasse id non est opus apud alios. Deinde rectè docet *Less.* in Auct. V. *Bulla Pontificia*, cas. 5. Religiosos diversorum Ordinum in eadem Provincia non facere unum corpus in ordine ad receptionem Constitutionis Pontificiæ generaliter ad Regulares directæ, quia in hoc Ordine possunt esse rationes recipiendi, in altero non recipiendi, cum vario Jure & modo vivant, nam & sic fit, ut unius regni civitas una recipiat & obligetur lege Principis, alia non.

Objici potest 2. Revocationes illas non esse promulgatas in partibus, ergo non obligant. R. N. conseq. quia sufficit promulgationem esse Romæ factam, uti rectè *Less.* supra V. *Professio religiosa*, cas. 1. n. 1. Et quamvis si revocationes tangerent contractus & familia, ex quibus sequi posset magna perturbatio Reip. teneant aliqui cum *Less.* V. *Bulla Pontificia*, cas. 3. requiri etiam promulgationem in partibus, tamen si agatur de privilegiis, rectè docet sufficere, quod revocatio facta sit Romæ, & de ea certò constet in partibus, privilegia enim non sunt leges, & multò facilius cadunt.

§. 3. Confessarius sine speciali potestate ab- 391.
solvens ab hæresi, lectione libri hæretici, vel ab alio casu Bullæ cœnæ, facit actum irritum & excommunicatur, uti patet ex §. 23. & seqq. Bullæ cœnæ, quam retuli l. 6. p. 2. n. 1054.

§. 4. Quod attinet ad facultatem corrigendi 392.
aliquos libros, & ita correctos relinquendi externis, est tantum sermo de libris aliquam fortè

hæresin vel alteram continentibus, non autem de libris hæretici tractantibus de religione, hi enim corrigi non possunt: nec ideo prohibentur, quòd contineant hæresin, quæ corrigi possit, sed quia tractant de religione, quali tractationi facile inspergitur hæresis, uti habet *Sanch.* suprâ.

393. §. 5. Circa correctionem libri, cui insperfa est hæresis, sic habet *Laym.* suprâ n. 4. Licet in Reg. VIII. Indicis librorum prohibitorum præcipiatur, ut libri, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inferta sunt, quæ ad hæresin seu impietatem, divinationem seu superstitionem spectant, à Catholicis Theologis Inquisitionis Generalis auctoritate expurgentur, quia tamen in Germania nostra Inquisitores non sunt, ideo hoc præceptum in observationem non deducitur, quamvis consultum sit observare, & esse præcipiendi libros viris Theologis expurgandos tradere. *Less.* in Auc. V. Hæreticorum libri cal. 16. sic habet: Episcopus in his locis potest Religiosis & etiam externis auctoritate facultatem corrigendi etiam libros externorum, ut patet ex Instructione Clementis VIII. quæ habetur in Indice librorum prohibitorum. Similiter potest Episcopus auctoritate facultatem legendi libros prohibitos viris idoneis, modo tales sint, ut corrigi possint, ut patet ex eadem Instructione: ubi verò est Inquisitor, ab utroque facultas obtinenda. *Sylvius* p. 1. V. Libri, q. 2. sic habet: Quamvis de rigore secundum Tit. Indicis de correctione §. 1. & §. 5. correctio alicujus libri fieri debeat de licentia Episcopi vel Inquisitoris, tamen cum rigor ille non sit in viridi observatione, probabilius est viro docto licere juxta Indicem expurgatorum per seipsum corrigere libros, nam ad Regulam 12. notatur, ut, qui posthac ad libros suos expurgandos idoneus futurus est, id ipsum præstare queat, servatis reliqua præscripta. Addit q. 8. Si visitator per Episcopum constitutus aut alius habens potestatem

E. III.
20. II.

Tom. I.
m. or.
Clav. dii
La Croix

Tom. VI

ca.

visitandi aut permittendi, permittat librum, censeri potest approbatus.

Q. 45. An Episcopi possint pro sua Diocesi prohibere certos libros, vel aliquas propositiones censurare. R. Negant aliqui cum vindice Gobathi, 1. Quia Inn. XI. in decreto, quo damnavit 65. propositiones, in fine prohibet censurari vel notari ullas propositiones adhuc controversas inter catholicos, & iudicium de eis S. Sedi reservat. 2. Quia censura Episcoporum non est infallibilis, & fieri poterit, ut unus pro suo critirio vel passione reprobet librum aut propositionem, quam alius approbabit, & sic nascetur divisio & scandalum aliquod in Ecclesia, ergo decuit hanc potestatem esse reservatam infallibili Romani Pontificis iudicio. 3. Quia nemo utiliter damnat propositionem, cuius iudicium merito potest ad crism vocari & pariformiter damnari. His non obstantibus probabilius est posse, 1. Quia Episcopi sunt à Christo constituti Pastores habentes regere suas Ecclesias, ad quod spectat posse ovibus noxia pascua declarare ac prohibere. 2. Quia in Reg. 10. Indicis Trid. expressè ita habetur: *Librum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus secundum facultatem, quam habent, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis regnis aut provinciis vel diocesis expedire iudicaverint.* Hanc autem potestatem non revocavit Inn. XI. cum nec de illa, nec de Episcopis, nec de libris mentionem faciat. Fatendum tamen est, quod censura illa Episcoporum nullam habeat certitudinem, nec reddat doctrinam libri improbabilem, nec liget, nisi illius subditos, & si ex nimia promptitudine Episcoporum aliquando nascatur inconueniens, per accidens hoc est.

Quod particulares Doctores attinet, hi se reddunt deridiculos, si nimis prompti sint in censurandis propositionibus aliorum: dicitque bene vindex Gobati, quo fere doctior quisque est, esse pariter esse solet in damnandis aliorum opinionibus, ut in Doctore Angelico, Seraphico, subtili, aliisque licet observari. Reprehendi non meruit, quod recte defendi potest inquit S. Aug. Epist. 15. ad Hieronymum.

CAPUT III.

De suspensione & degradatione.

DUBIUM I.

Quid sit suspensio, quotuplex, & unde dignoscendum qualis & quanta sit.

RESP. I. Suspensio est censura, quæ Clericis functiones aliquas ecclesiasticas exercere prohibetur. V. Bon. to. 1. d. 3. p. 1. Lay. l. 1. t. 5. p. 1. c. 1. Unde resol.

I. Solus Clericus potest suspendi.

II. Suspendere possunt, qui possunt ferre censuras.

III. Ex genere suo, & nisi parvitas materia excuset, est peccatum grave, exercere actum per suspensionem prohibitum, unde & irregularitatem inducit. Si tamen suspensus toleratus se non ingerat in tales functiones, sed ab aliis propter utilitatem requiratur, probabiliter non peccat, cum alii licite requirant: imò et si nominatum sit denunciatus & non toleratus, alii tamen non tenentur sub mortali eum vitare, nisi censeantur cooperari actui, à quo suspensus est: unde audire ejus Missam, non erit peccatum, (saltem mortale) si non inservias. Ita probabiliter Avila, Henriq. Suar. Sayr. apud Bon. p. 4. m. 4. etiam Laym. n. 7.

IV. Suspendus non toleratus invalidè absol-
rit, quia non habet jurisdictionem.

Resp. II. Suspendio, 1. alia fertur ad certum
tempus, quo elapso expirat; alia fertur absolu-
tè, seu indefinite, manetque, donec per absolu-
tionem tollatur. 2. Alia est ab officio, sive id sit
ordinis, sive jurisdictionis; alia à beneficio;
alia ab utroque. 3. Suspendio ab officio, vel est à
toto, vel à parte tantum, scilicet à functione or-
dinis vel jurisdictionis. Item suspendio benefi-
cii, vel est à beneficio absolute vel à quibus-
dam tantum functionibus ejus ratione compe-
tentibus. *Laym. Bon. ll. cc.*

Resp. III. Quantitas & qualitas suspensionis
colligi debet ex verbis, quibus fertur: Quæ ut-
pote in re odiosa, non amplius sunt extenden-
da, quàm propriè accepta significant: *Unde re-
solves,*

I. Suspendio absolute & in toto prohibetur
omne exercitium ratione officii proveniens,
tam ordinis quàm jurisdictionis, & consequen-
ter non potest celebrare, nec valide excommu-
nicare, beneficia conferre, &c. Suspendus verò à
parte beneficii determinata, v.g. ab ordine tan-
tum vel jurisdictione, privatur tantum illius
officii functionibus: Unde Episcopus v. g. à ju-
isdictione suspendus, etsi non possit excommu-
nicare, absolvere, delegare, &c. Potest tamen
exercere actus ordinis, ut consecrare templa, or-
dinare, &c. *Bon. l. c.*

II. Suspendus à certa functione Ordinis, v.g.
à Sacramentorum administratione, non est su-
suspendus à sacrificio. Similiter suspendus ab ordi-
ne, potest nihilominus conferre primam ton-
suram, quia non comprehenditur sub Ordine.
Bon. p. 2. n. 6.

III.

- » III. Suspendus ab officio simpliciter, non intelligitur suspendus à beneficio seu fructibus ejus: Debet tamen per alium supplere, qui per se nequit, ut fructus percipiat. *Bon. n. 10. ex Nar. Suar. Henr. Fill. &c.*
- » IV. Suspendus ab ordine non videtur suspendus à beneficio, quia beneficium non fundatur in ordine. *Bon.* tamen dicit, indirectè suspendi à fructibus ejus, quia dum non potest facere officium, non potest percipere fructus, *v. n. 5.*
- » V. Suspendus à beneficio, etsi hoc ipso intelligatur suspendus à recipiendis fructibus ejus, non tamen ab officio, sive jurisdictionis sive ordinis, etiam quod illi ratione ipsius beneficii competit: Unde tenetur legere Horas, & cetera onera beneficii præstare, licet fructibus non fruatur: hoc enim debet sibi imputare. Non tamen privatur commodo, quod provenit ex anniversariis stipendiis Missarum, nec eo, quod datur propter onus personale Clerici, quia non sunt fructus beneficii: Secus est de distributionibus quotidianis; licet ex his vel aliis beneficii fructibus possit alii, si aliunde sustentari nequeat. *Bon. n. 12. Sayr. Suar. Fill. &c.*
- » VI. Suspendus à beneficio potest nihilominus eligere, præsentare, conferre beneficium, quia etsi hæc jura competant illi ratione beneficii, illi tamen actus non sunt beneficii præcisè, ut sic, sed potiùs officii & jurisdictionis. *Ibid.*
- » VII. Suspendus à beneficio vel ordine absolute & sine addito, intelligitur suspendus ab omni beneficio vel ordine, nisi aliunde aliud constet. *Ib. n. 8.*
- » VIII. Suspendus absolute, intelligitur ab officio & beneficio. *Laym. c. 1. n. 2.*

E. III.
20. I.

Tom. m. or.
Claudii
La Croix

Tom. VII

Ca.

IX. Suspenso Capitulo vel Conventu, non censentur suspensi singuli, nisi sint in culpa, ait Sa. V. *Suspensio, & Laym. n. 3.*

X. Si Prælati solo verbo dicat Sacerdoti, suspendo te, v. g. à celebratione, videtur esse simplex tantum prohibitio, non censura, quia hæc licitè non fertur, nisi scripto: Prælati autem non debet præsumi velle peccare, nisi aliud constet de ejus intentione, aut nisi religio habeat privilegium, absque scripto ferendi censuras. V. Bon. to. 1. De censuris in communi, d. 1. q. 1. p. 7.

A D D E N D A.

Quest. 46. Quid circa hæc præterea sit notandum. 396.

§. 1. Docent cum aliis *Castrop. hic d. 4.*

& *Dicast. d. 4. n. 66.* contra aliquos alios suspensionem ferri non posse ob culpam alienam,

& consequenter suspensam communitate non sus-

pendi particulares personas innocentes quoad

se, sed tantum ut membra sunt delinquentis

communitatis, quia iniquum est innocentem

sustinere poenas soli nocenti debitas.

§. 2. Putant *Nav. & alii* suspensum ab officio 397.

hoc ipso suspendi à Beneficio, quia prohibito

principali prohibetur accessorium, sed cum

communi probabiliter negat, *Castrop. p. 5.* ali-

quando enim fertur suspensio ab officio, ali-

quando à Beneficio, aliquando ab utroque simul.

§. 3. Multi cum *Suar. d. 2. f. 4.* putant suspensum 398.

ab ordine inferiore hoc ipso suspendi à Su-

periore, quia ubi minora prohibentur, dedecet

concedi majora, secundum regulam Juris, è con-

tra *Castrop. pu. 5. §. 1.* negat cum aliis, quia in pœ-

nis facienda est stricta interpretatio & non ex-

ten-

tenfio ultra verba, neque inconueniens est, ut privatus minore honore vel officio relinquatur in maiore, pro quo tollendo necdum censetur delictum sufficiens commiffisse.

399. §. 4. Dixi l. 4. n. 778. fufpenfum fimpliciter ab omni officio & Beneficio, etiamfi fit occultus & non denunciatus, promoveri non poffe ad dignitates vel Beneficia ecclefiaftica, imò promotionem ad Beneficium effe irritandam hoc ipfo, quod ab omni officio fit fufpenfus, non tamen fi tantum ab aliquo officio, fuper quo non fundetur Beneficium.

400. §. 5. Si Cajus ordinatus fit Sacerdos ad titulum vitiofum, ideòque fit fufpenfus, quamvis poftea obtineat Parochiam, non ideo ex titulo Parochiæ obtentæ licite abfolvet, quia non ideo fublata eft fufpenfio ab actibus Ordinis fufceptis, abfolvere autem eft actus non folius iurisdictionis, fed etiam Ordinis: è contrà poterit valide & licite exercere actus, qui funt folius iurisdictionis aut Ordinem non requirunt, uti delegare alteri iurisdictionem ad audiendos fuos Parochianos, affiftere Matrimoniis fuorum, hæ enim poteflates nullo modo fundantur in Ordine, à cuius exercitio fufpenfus eft, fed in fola iurisdictione aut poteflate alia, quamvis abeffet Ordo. An autem & quando peccet, qui ita fufpenfus confitetur, dixi l. 6. p. 1. à n. 211.

401. §. 6. Quamvis in quibusdam electionibus prærequiratur v. g. Ordo fubdiaconatus ut quis fit capax elegendi, tamen fi quis fit fufpenfus à Beneficio & ab exercitio Ordinis, non ideo eft fufpenfus ab eligendo, quia eligere eft actus allicujus quali iurisdictionis, aut faltem planè diuerfæ poteflatis, uti patet in laicis conuerfis &

mulieribus saepe elegantibus sine ullo Ordine,
 docetque clarè *Glossa* ad Cap. *Presbyterum* dist. 28.
 his verbis: *Beneficium retinebit & locum in choro, &*
manebit cum aliis, & intererit electionibus, sed hoc so-
lum deest ei, quod non debet ministrare ut Sacerdos. Idem
 docent alii communiter cum *Nav. Suar. Bonac. Fill.*
Passerino de Electione. c. 10. n. 95. *Castrop.* d. 4. p.
 §. 1. n. 9. *Leurenio* in foro benef. p. 2. q. 278. Et
 suspensum ab actibus ordinum non esse suspen-
 sum à jure eligendi, docent expressè *Hofsiens.* *Si-*
mon. Henric. Suar. Fill. Barb. Leuren. q. 276. n. 4.
 alique, & hoc declarasse sacram Congregatio-
 nem testatur *Passerinus* supra, qui n. 98. rectè sic
 concludit, *sola igitur suspensio, vel simpliciter, vel ab*
officio, vel si esset suspensio ab eligendo, privat voce activa
in electione, non verò suspensio à Beneficio vel ab Ordine.
 §. 7. Dubitatur, an suspensus per annum, 402.
 teneatur suspensione ultimo die anni bissextilis,
 nam libertas promissa servienti per annum ac-
 quiritur, si servièrit 365. diebus, *L. Cum heres,*
§. Srichus, De statuliberis, ergo similiter hic. At-
 tamen puto oppositum esse probabilius, tum,
 quia duo illi dies in Februario habentur pro
 uno, tum etiam quia suspensionem ferens ad an-
 num, intelligit, usque dum anno sequente re-
 currat & absolvatur hic dies, & per accidens est,
 quòd ille annus habeat dies 366. Videri potest
Cast. d. 4. à n. 83. qui d. 5. à n. 207. notat suspen-
 sionem aliquando esse puram pœnam, si nempe
 certum tempus feratur propter delictum præ-
 scriptum, & hoc tempore evoluto cessare absque
 absolutione: aliquando esse censuram, si feratur
 ut medicina propter contumaciam præsentem
 corrigendam, & tum indigere absolutione.

403. *Quæ sint suspensiones in particulari, & quis ab eis possit absolvere.*

R Esp. I. Suspensiones Juris communiores sunt sequentes,
 1. Clerici ipso jure suspensi sunt, 1. Recipientes ordines sacros ab alieno, vel à proprio in aliena diœcesi; vel sine ætate legitima, aut dimissoriis, aut titulo, vel extra tempora, aut non servatis interstitiis, vel per saltum, vel in censura, vel denique post Matrimonium ratum: qui omnes suspensi sunt ab executione Ordinum, nisi fecerint absque dolo: & si Ordine utantur, fiunt irregulares. Excommunicans, suspendens aut interdicens sine scriptura & causæ expressione, est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ, nisi sit Prælatus regularis. 3. Clerici scienter eligentes Episcopum vel Parochum indignum, suspenduntur à beneficiis biennio. 4. Ordinans & ordinatus simoniacus, est suspensus ab Ordinibus. 5. Parochi jungentes sponfos alterius Parochiæ sine licentia. 6. Gravantes alienis debitis Ecclesiis sibi commissas. 7. Occupantes bona vel census Ecclesiæ, beneficii vel alterius pii loci. 8. Sodomiam exercentes, simoniaci, provocantes ad duellum vel acceptantes, raptores vel præbentes auxilium. 9. Disputantes in alterutram partem in coetu virorum ac mulierum, de immaculata Conceptione B. Virginis. 10. Visitantes, si accipiant pecuniam vel munera: qui si sint Episcopi, suspensi sunt ab ingressu Ecclesiæ, si inferiores Episcopo, ab officio & beneficio, usque dum restituant duplum. 11. Judex Ecclesiasticus

E. VII.

20. II.

Tom. mor.
 Claudii
 La Croix

Tom. VII

ca.

sticus (non Episcopus) qui facit injuriam
 contra justitiam & conscientiam parti litigan-
 ti. v. Bon. d. 3. p. 5.

II. Religiosi, 1. Apostatae recipientes Ordi-
 nes in apostasia. 2. Admittentes ad professio-
 nem ante annum probationis peractum. 3. Non
 utentes habitu & vestitu, modo sibi praescripto.
 4. Introducentes mulieres in Monasteria

III. Episcopus, 1. Ordinans non subditum,
 suspensus est à Pontificalibus per annum: Or-
 dinans verò invitum, suspensus est per annum
 à celebratione. 2. Admittens resignationes con-
 tra formam praescriptam. 3. Intrans Monaste-
 ria Monialium sine necessitate. v. Fill. 2. 17. c. 5.

Resp. II. Praeter has suspensiones aliae sunt ab
 homine: quae si sint graves, requirunt culpam
 mortalem, v. g. ut quis suspendatur ab omni-
 bus actibus sui officii, vel fructibus unius anni.
 Potest tamen aliquis ob peccatum veniale pri-
 vari uno actu, v. g. eligendi.

Resp. III. Habens Episcopalem auctoritatem
 potest absolvere à suspensione non reservata; &
 communiter Religiosi ex privilegiis possunt ab-
 solvere ab omni suspensione in foro conscien-
 tiae: & Episcopus potest absolvere ab omni sus-
 pensione juris, si Sedi Apostolicae specialiter
 reservata non sit, Laym. cap. 4. n. 2. ex Nav. Suar.
 Et. Imò etiam ab hac, si proveniat ex delicto
 occulto, & non deducto ad forum contentio-
 sum. Bon. p. ult. ex Trid. sess. 24. cap. 6.

A D D E N D A.

Quest. 47. Quid circa haec praeterea sit notandum. 404.

Re. S. 1. Suspensiones in particulari latè
 Tom. VIII.

M m m

entu-

enumerat *Dicast.* d. 4. dub. 7. Dubitat autem *Herinx* de Ordine q. 8. n. 55. an promotus ad sacrum Ordinem absque titulo sufficiente incurrat suspensionem, quia licet id habeatur *Cap. Nemenem*, & *Cap. Sanctorum*, dist. 70. tamen poena illa videtur abrogari *Cap. Cum secundum Apostolum*, & *Cap. Si Episcopus*, De praebendis, Et quamvis *Trid.* sess. 21. c. 2. De Reform. innovet poenas antiquorum Canonum; tamen non liquet, an etiam Canones illos priores innovet, hinc non incurri suspensionem docent multi cum *Gallen.* ad *Trid.* supra. Addunt *Tolet. Garc. Barb. Herinx* saltem non contrahi, si patrimoniam sit acceptum sub onere redonandi, cum enim acquirat dominium tituli, non ordinatur sine titulo. Et idem est, si jam ordinatus subdiaconus cum vero titulo, cedat titulo, & ulterius ordinetur Diaconus & Presbyter, nec illa pactio redonandi & cesso patrimonii sunt irrita, ergo re ipsa non ordinatur sine titulo: Quod adhuc magis valet, si ordinatur cum titulo, sed adjecto pacto non utendi illo, seu non percipiendi ex eo fructus, quae pactio etiam est prorsus irrita. Oppositum tenet communis & probabilior cum *Dicast.* n. 211. & aliis, quos secutus sum l. 6. p. 2. n. 2283. nempe à taliter ordinato incurri suspensionem ab Ordine suscepto, quia *Trid.* innovat poenas antiquorum Canonum, inter quos sunt isti priores. Vide plura ibi l. 6. dicta.

405. §. 2. *Nav.* in conf. t. 5. conf. 69. *Barbosa* De potest. Episc. p. 2. Alleg. 6. n. 7. *Zerola*, De Leone, *Gavantus* in Enchir. Episc. V. *Functiones* n. 3. putant Episcopum exercentem Pontificalia in aliena dicecesi non excusari à poena suspensionis per inadvertentiam vel bonam fidem: Sed rectè contra-

traditur
17. *Qua*
V. *Dico*
media p
& bona f
dum dic
§. 3
mortal
Ordines
& saltem
ordinatu
enim Ton
Ordinatio
n. n. 220
non esse C
facit *Gal*
aliquam C
sine Tonfi
§. 4. A
moniacan
tum, etia
turratur s
tatem Sac
ri Paroch
tam sess.
766. Cl
non par
tatione R
reform. it
tum reco
tom. 9
notat
43. Or
sess. 12

tradunt Squillante de oblig. Episc. p. 2. c. 3. n. 17. Quartus in Rubr. Miss. p. 2. t. 1. f. & dub. 3. V. Dico secundò. Henno post historiam de scientia media parergo 2 S. n. 1709. nam inadvertentia & bona fides excusant à pœna & censura, secundum dicta n. 93.

§. 3. Sperell. decis. 114. dicit eum peccare mortaliter, qui ante Confirmationem suscipit Ordines, sed oppositum dixi l. 6. p. 2. n. 2227. & saltem talis non suspenditur. Addit autem ordinatum sine Tonsura esse suspensum, putat enim Tonsuram esse Ordinem, adeoque fieri Ordinationem per saltum: Et quamvis l. 6. p. 2. n. 2208. cum communi dixerim Tonsuram non esse Ordinem, tamen, præscindendo ab hoc, dicit Gallem. ad Trid. sess. 23. c. 14. De ref. n. 4. aliquam Congregationem declarasse ordinatum sine Tonsura suspendi.

§. 4. An per simoniam in Beneficio vel per simoniacam collationem aut receptionem Ordinum, etiam minorum, & primæ Tonsuræ incuratur suspensio, dixi l. 3. p. 1. à n. 216. Eos autem Sacerdotes, qui assistunt Matrimonio alieni Parochiani, incurrere suspensionem per Trid. sess. 24. cap. 1. De Ref. Matr. dixi l. 6. p. 3. n. 766. Clericus concubinaris, si 2dæ monitioni non pareat, suspendi potest ab omni administratione Beneficii per Trid. sess. 25. cap. 14. De reform. ita ut nequidem alimenta ei ex Beneficiorum redditibus debeantur. Videri potest Piget. tom. 9. conf. 139. à n. 160. qui tom. 1. conf. 11. notat ex declaratione S. Congreg. 21. Martii 1743. Ordinarium, si aliquem suspendat videlicet sess. 14. c. 1. De ref. teneri, si judicialiter peccatur,

tatur, exprimere, non parti sed Superiori delictum & causam suspensionis.

DUBIUM III.

408. Quid sit depositio & degradatio, à quo & ob quam causam fieri possit.

«Subjici solent suspensioni Depositio & Degradatio (etiam censuræ non sunt, ut dictum est c. 1.) ob similitudinem, quam habent cum suspensione, cum utraque sit ab Ecclesiastico Ordine, aut Beneficio: Differunt autem à suspensione, quòd illæ auferant ipsum jus radicale & titulum Beneficii, idque in perpetuum, suspensio non item. Porro depositio genericè accepta, alia est verbalis, quæ absolutè depositio dicitur: alia Realis, quæ dici solet degradatio.

«Resp. I. Degradatio est privatio executionis officiorum & beneficiorum simpliciter & in toto, & absque spe restitutionis, facta cum certa solennitate, & privatione privilegii Clericalis, tam Canonis, quam fori, ita ut sæculari curiæ subdatur.

«Dixi, Executionis: quia ordo ipse non potest tolli. Interim degradatus tenetur ad votum castitatis, si fuit in sacris, & ad Horas, nisi has fortè poena, ad quam damnatur, v.g. trireres, vel aliud impediatur.

«Resp. II. Depositio Verbalis est similis privatio, sed sine solennitate dicta, & relicto utroque privilegio, Canonis & fori.

«Resp. III. Clerici possunt degradari à suo Episcopo, sed non ab inferioribus illo: deponi tamen possunt ab eodem per Vicarium.

«Resp. IV. Depositio fieri potest in casibus jure ex-

expressis, & delictis, non tamen nisi graviori-
bus arbitrio iudicis. Ubi notat *Laym.* crimen
debere esse enorme, id est, unum ex maximis.
Degradatio similiter fieri potest in casibus tan-
tium gravissimis, quales sunt v. g. crimen hæ-
relis manifestum, falsatio literarum Apostoli-
carum, sodomia frequentata, gravis calumnia
proprio Episcopo irrogata. *V. Laym. hic cap. 5. &
Fill. t. 18. cap. 8.*

A D D E N D A.

Quest. 48. Quid præterea circa ista sit notandum. 409.
R. Rarò hæc servire possunt ad praxin: & de
illis bene ac breviter habent *Castrop. d. 4. pu. ult.*
Disast. f. 6. Quomodo servandi sint gradus pœ-
narum, antequam Clericus criminofus degra-
deatur & tradatur potestati sæculari, videri potest
Regnat. tom. 7. conf. 33. An autem damnandi
ad tritremes debeant prius degradari saltem ver-
baliter, examinat *tom. 8. conf. 91.*

C A P U T IV.

410.

De interdicto.

D U B I U M I.

Quid sit & quotuplex.

Resp. I. Est censura ecclesiastica prohibens
divinorum officiorum, Sacramentorum
aliquorum, & ecclesiasticæ sepulturæ usum,
quatenus talis est; Quod addo, quia excommu-
nicatio eodem privat, quatenus est communi-
catio cum fidelibus: suspensio verò propriè
non illum usum, sed exercitium potestatis Ec-
clesiasticæ impedit. *V. Lay. l. 1. t. 5. p. 4. c. 1. Bon. d. 5. p. 1.*

M m m 3

Resp.

Resp. II. Interdictum dividitur, 1. In Locale, quod immediatè locum afficit: & in Personale, quod immediatè afficit personas; & mixtum, quod immediatè afficit locum & ejus incolas. Differt autem locale à Personali, quòd in illo participatio sacrorum officiorum tum indigenis tum alienigenis, non absolutè, sed in loco tantum interdicto: in hoc verò certis personis aut communitati prohibeatur absolutè, & in omni loco. 2. Interdictum tam locale quàm personale, subdividitur in Generale & Particulare: Generale est, quo locus generalis, v.g. civitas, provincia; vel quo communitas, v.g. collegium, &c. interdicitur: Particulare, quo locus aut persona particularis, aut particulares interdicuntur. Unde resolves,

I. Interdictâ civitate interdicuntur etiam suburbia, & interdictâ Parochiâ, etiam sacellum & cœmeterium contiguum, quia accessorium sequitur naturam principalis.

II. Interdicto populo, non interdicuntur ii, qui non sunt pars populi, ut studiosi, Clerici, peregrini, &c. Nec interdicto Clero, interdicuntur religiosi, quia in favorabilibus tantum nomine Clerici comprehenduntur.

III. Si dicatur, cives v.g. Colonienses sunt interdicti, ii nusquam possunt interesse divinis (nisi tamen desinant esse istic cives, nec causam dederint interdicto) contra verò, si civitas interdicto subjiatur, licet civibus aut incolis, qui causam interdicto non dederunt, aliò ire, & istic divinis interesse.

A D D E N D A.

Quest. 49. Quid hic sit prætereà notandum. R. §. 411.

1. Quamvis interdicto populo, non interdicatur Clerus, quia populus absolutè censetur contradistingui à Clero, tamen interdicta familià interdicuntur Clerici illius familiæ, uti habet communis cum *Dicast. d. 5. à n. 34.* Qui tamen post interdictum illud fit de familia, non interdicitur, quia non comprehendebatur intentione interdicentis, præsumitur enim fuisse velut interdictum particulare in has personas talis familiæ. E contra si interdicta sit civitas, interdicitur, qui fit de illa civitate, quia intentio interdicentis præsumitur fuisse ferre interdictum generale, tendebat enim in communitatem secundum se, quiscunque eam componeret, usque dum tolleretur interdictum. *Bonac. d. 5. p. 1. n. 13. contra Dicast. d. 5. à n. 38.* Interdictum autem generale pertinet etiam ad suburbia, Cap. *Si civitas*, De sent. excom. in 6.

§. 2. Si communitas interdicta dissolvatur, 412. & interdictum cadebat in communitatem ut talem, hoc ipso etiam cessat interdictum: Si autem ob causam datam afficiebat certas personas, manent hæ interdictæ usque ad absolutionem, *Dicast. n. 219.*

§. 3. Interdictus particulariter & in persona, 413. quamvis mutet domicilium, manet interdictus, donec absolvatur: è contra interdictus generaliter & in communi tanquam subditus loci, in quo fuit, si mutet domicilium, desinit esse interdictus, *Suar. Ugol. Dicast. n. 49.*

§. 4. Lege interdicti latà Cap. *Episcoporum*, 414.

M m m 4

De

De privilegiis in 6. *ne celebrent, celebrari faciam &c.* in locis vel coram personis nominatim interdictis, tenentur Regulares etiam exempti, *Nap. Suar. Castrop. d. 5. p. 2. §. 1. n. 7. Dicast. n. 62. Pignat. tom. 10. conf. 1. à n. 2. contra Gloss. Barb. Sayr. quia Trid. sess. 25. c. 12.* De ref. loquitur etiam ad exemptos his verbis: *Censura & interdictum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata mandante Episcopo, à Regularibus in eorum ecclesiis publicentur atque servantur.* Ita quidem, ut etiam ille, qui interdictum locale tulit, teneatur illud observare, quia ea obligatio nascitur ex Jure communi, cui ipse, nisi interdictum tollat, derogare non potest. *Castrop. p. 7. §. 1. Dicast. n. 74. 241.*

415. §. 5. Si ecclesia sit interdicta, quamvis diruatur, fundus ejus manet interdictus; nec in eo cadavera sepeliri possunt, quia ecclesiam precipue constituebat ille fundus, *Suar. Regim. Laym. Fill. Dicast. n. 217.*
416. §. 6. Habens in duplici loco actuale domicilium, unum subjectum, alterum non subjectum interdicto, secundum *Suar. & Castrop. p. 2. §. 2. n. 7.* subjacet interdicto, si habitet in loco interdicto, non subjacet, si habitet in loco non interdicto. Contradicunt *Silv. & Dicast. n. 58.* quia non est ratio, cur potius dici debeat pars populi interdicti, quam non interdicti, ergo potius inclinandum est in favorem, quod gaudeat bonis, quæ competunt non interdictis. Quod si interdicantur Doctores alicujus Universitatis, interdicantur etiam Clerici Doctores, cum nomen Doctoris sit utrique commune, *Castrop. n. 11. Dicast. n. 41. contra Henriq. Avil. & alios.*
417. §. 7. Casus, in quibus Jure ipso latum est interdi-

terdictum, fuse recensent *Castrop.* pu. 8. & *Dica-*
cast. d. 5. dub. 6. Specialiter de cessatione à divi-
 nis agunt *Castrop.* pu. 9. & *Dica.* dub. 8. Specia-
 liter de interdictis ab ingressu ecclesiæ, *Dica.* à
 n. 206. & n. 249. sed cum raro hæc fiant, omitto.

DUBIUM II.

418.

Qui sint effectus interdicti.

Resp. Sunt sequentes, 1. Prohibitio divi-
 norum officiorum: Unde etiam interdicti
 ob alienam culpam, non possunt interesse sa-
 cro: Clerici tamen & religiosi, quando ipsi in-
 terdicti non sunt, possunt ac debent ut antè,
 Missas, divinaque officia celebrare, sed januis
 clausis, non pulsatis campanis, (nisi ad concio-
 nem, salutationem Angelicam, vel obitum ali-
 cuius) submissâ voce, & exclusis interdictis,
 Permittitur tamen, ut in festis Natalis Domi-
 ni, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis, & per
 octavam Corporis Christi, divina officia can-
 tentur solenniter, admissis etiam interdictis,
 modò, qui causam interdicto dederunt, altari
 nec appropinquant, nec veniant ad offerto-
 rium vel communionem. 2. Prohibitio admi-
 nistrationis Sacramentorum, excepto Bapti-
 smo, Confirmatione & Pœnitentiâ, quæ omni-
 bus permittuntur, iis exceptis, qui interdicto
 causam dederunt, etiam auxilio, consilio vel
 favore: Eucharistia tamen potest dari moritu-
 ris, & deferri cum lumine & campana. Nec im-
 probabile est, interdictis licere contrahere Ma-
 trimonium, ut *Sanch. Kon. & Laym.* Docent, con-
 tra *Suar.* Quia hoc Sacramentum secundum
 substantiam non ab Ecclesia sed ab ipsis contra-
 hentibus ministratur. 3. Prohibitio sepulturæ

M m m 5

Eccle-

»Ecclesiasticæ, etiam respectu infantium & a-
 »mentium. Excipe tamen Clericos, qui in In-
 »terdicto locali, si nominatim interdicti non
 »sint nec interdictum violarunt, possunt cum
 »silentio sepeliri. *Laym. cap. 2. n. 3. 4.* Clerici vio-
 »lantes interdictum peccant mortaliter; sicut
 »etiam religiosi utriusque sexûs; qui insuper ex-
 »communicantur de facto: Laici verò peccant
 »quidem graviter, si contra interdictum perso-
 »nale recipiant Sacramenta, si verò tantum vio-
 »lant locale, v. g. audiendo divina officia, pro-
 »babilius est tantum esse veniale, dummodo ipsi
 »personaliter interdicti non sint. *Laym. cap. 3. ex*
»Sylv. Soto Avila &c.

A D D E N D A.

419. **Q**uest. 50. *Quid hic sit præterea notandum.* 72. §.
 1. Per festum Nativitatis Christi, Paschæ,
 Pentecostes, quibus non obligat interdictum ab
 officii solennibus, communis sententia intelli-
 git tantum primum diem, sed *Vivald. Cón. Soc.*
Avil. Bonac. Hurt. Castrop. d. 5. p. 4. §. 2. n. 19. Dicast.
d. 5. n. 160. probabiliter extendunt etiam ad fe-
 stos dies sequentes, quia censetur manere & con-
 tinuari eadem solennitas: incipiunt autem illi
 dies saltem à primis vespers, & clauduntur in
 completorio festorum; communis cum *Castrop.*
n. 20. Et putant *Suar. Cón. Fill.* tum posse ac con-
 sequenter debere aliquem communicare pro Pa-
 schate; sed communior negat cum *Dicast. n. 123.*
 quia Jus tantum loquitur de officiis divinis.
420. §. 2. In loco interdicto, vel à personis gene-
 raliter interdictis administrari & recipi non pos-
 se Sacramentum Matrimonii, docent ex hac ra-
 tione

tione *Ugol. Sayr. Suar. Fill. Bonac. Dicast. n. 134.*
 quia tum prohibita est administratio & receptio
 Sacramentorum, nisi in casibus à Jure exceptis,
 Matrimonium autem est Sacramentum & non
 excipitur. Econtrà ratio *Silv. Tol. Avil. Cón. Schiara*
l. 4. diff. 1. n. 21. & aliorum cum *Busenb. & Castrop.*
p. 4. §. 1. n. 25. est hæc, quia contractus humani
 politici, quorum nomine venit Matrimonium,
 tempore interdicti non prohibentur, & genera-
 lis prohibitio intelligitur de Sacramentis purè
 spiritualibus. Utraque sententia est probabilis
 & euta, teste *Dicast. n. 135.* Attamen omitti de-
 bere benedictionem publicam docet cum aliis
Kugler l. 5. n. 1550. quia est aliquod officium di-
 vinum cum debeat fieri à Sacerdote inter Missa-
 rum solennia, quale officium divinum tum pro-
 hibetur. Quod Sacramentum Pœnitentiæ at-
 tinet, dixi *l. 6. p. 2. n. 1566.* Parochum posse il-
 lud tum administrare illis, qui non sunt specia-
 liter interdicti, nec fuerunt causa interdicti.
 §. 3. Sepulturam ecclesiasticam concedi pos-
 se in solennibus Festivitatibus, de quibus antè
 dictum est, docent *S. Anton. Nav. & alii cum Dicast.*
n. 192. quia in illis festis possemus communica-
 re in sacris cum illis vivis, ergo etiam cum illis
 mortuis: sed probabiliùs contradicunt alii cum
Covarr. Suar. Cón. Castrop. p. 4. §. 3. quia privatio
 sepulturæ est specialis pœna ultra privationem
 divinatorum Officiorum. Et in loco interdicto
 nequidem illi possunt sepeliri, qui interdicti non
 sunt, imò nec infantes aut amentes, quia locus
 non debet tali usui sacro posse servire, *Suar. Dicast.*
n. 183. 193. E contrà qui decesserunt in loco in-
 terdicto, si non sint personaliter interdicti, trans-
 ferri possunt ad locum sacrum non interdictum,
Dicast.

421.

Dicast. n. 186. qui addit n. 196. in interdicto personali communitatis posse infantes & amentes sepeliri in loco sacro non interdicto, quia illi ob defectum rationis nequidem cum communitate erant capaces interdicti. Imò in loco non interdicto licet sepeliri interdictum non personaliter sed generaliter tantum docent *Suar. Dicast.* n. 200. & alii, quia per Conc. Constant. licitum est cum illo communicare. Qui verò in fine vitæ dedit signa pœnitentiæ respectu interdicti, potest defunctus absolvi & loco sacro sepeliri, communis cum *Dicast.* n. 207.

422. §. 4. Clerici violantes interdictum personale aut locale incurrunt suspensionem ab officio, *Pignat.* tom. 10. conf. 1. contra *Castrop.* pu. 6. n. 4. Putantque *Con. Bonac. Sayr.* esse sententiam tantum ferendam, *Suar.* putat esse suspensionem ab officio latam, sed ferendam à Beneficio: *Laym.* addit etiam à Jurisdictione, uti refert *Pignat.* n. 6. sed de hoc vide *Castrop.* p. 4. §. 5. n. 1. & *Dicast.* à n. 230. Celebrans verò in loco interdicto fit irregularis, *Cap. Is, qui,* De sent. excomm. in 6. *Castrop.* p. 6. n. 1. *Dicast.* n. 238. Et idem est si quis violet interdictum personale, etiam occultè, *Suar. Pignat.* n. 7. Quod *Dicast.* n. 235, & alii restringunt ad exercitium Ordinis sacri.

423. §. 5. Dixi l. 4. n. 779. interdictum personaliter, etiam occultum, esse inhabilem ad omne Beneficium ecclesiasticum. An autem & quomodo communicans cum interdicto, videri potest *Dicast.* à n. 257.

DUBIUM III.

424.

Quis censuram interdicti ferre, & quis tollere possit.

Resp. I. Interdicere possunt iidem, qui excommunicare & suspendere. Et quidem ut determinata persona interdicitur, videtur requiri culpa mortalis: ut autem feratur interdictum locale, vel generale in communitatem, requiritur peccatum valde grave, cum contumacia commissum à capite, vel præcipuis membris, licet reliqui culpâ vacent.

Resp. II. Interdicta localia, & personalia generalia, quæ Jure communi sunt imposita, nec reservata, possunt tolli ab Episcopo, vel alio habente jurisdictionem in communitatem interdictam: non tamen à Religiosis privilegatis, quia locus & communitas foro penitentiarum non subjiciuntur.

Resp. III. Ab interdicto juris personali particulari, si reservatum non est, quivis approbatus potest absolvere. Denique per privilegium absolventi ab omnibus censuris, non intelligitur potestas tollendi interdictum locale, aut personale communitatis.

A D D E N D A.

Quest. 51. *Quid hic sit præterea notandum. R. S. 1. 425.*
Henriq. Avil. Sa, Hurt. putant interdictum speciale & personale posse ferri ob peccatum veniale, quia non privat majoribus bonis, quam excommunicatio minor, quæ ob veniale ferri potest. Sed rectius cum *Busenb. & aliis* negat *Castrop. d. 5. pu. 3. §. 2. n. 9.* quia privat maximis bonis

bonis communibus, longéque pluribus, quam excommunicatio minor.

426. §. 2. Interdictum aliquando est purè pœna, si nempe feratur ad certum tempus propter delictum præteritum, & tale interdictum cessat hoc tempore elapso absque ulla absolutione: aliquando est censura, si feratur ut medicina propter contumaciam præsentem & illius correctionem, & tum indiget absolutione, *Suar. Sa. Can. Regin. Sayr. Fill. Dicast. d. 5. n. 208.*

427. §. 3. Si Episcopus verbis expressis non sustulerit, attamen non servet ipsemet interdictum à se latum, per hoc præcisè non videtur tollere, quia tamen præsumi non debet, quòd velit peccare, peccaret autem secundum dicta n. 414. si ageret contra interdictum necdum sublatum, putat *Dicast. n. 245.* hoc respectu aliorum esse sufficiens signum, quòd illud reipsa sustulerit.

428. §. 4. Ad tollendum interdictum requiritur signum externum, non tamen determinata verba vel ceremoniæ. *Dicast. à n. 242.*

Qui plura volet de tota materia interdicti, consulat *Castrop. & Dicast.* utrumque totâ disput. 5. qui de illo accuratè tractant.

429.

CAPUT V.

De Irregularitate.

» **E**tsi Irregularitas non sit censura, propter similitudinem tamen, quam cum ea habet, communiter eidem annectitur, quapropter & hic subjungo.

DUBIUM I.

Quid & quotuplex sit irregularitas.

» **R**esp. I. Est impedimentum Canonicum, susceptionem Ordinum sacrorum & susceptorum

prorum usum impediens: Unde sequitur, non esse censuram, sed quasi inhabilitatem: et si enim interdum imponatur per modum pœnæ, propriè tamen pœna non est. *Laym. l. 1. t. 5. p. 5. c. 1. Bon. d. 7. q. 1. p. 1.*

Resp. II. Dividitur, 1. in eam, quæ est ex delicto; & quæ est ex defectu. 2. In totalem, seu propriè dictam, quæ omni Ordine suscipiendo, & suscepti exercitio privat, v. g. homicidium, & bigamia: & in Partialem, quæ aliquo tantùm Ordinis ministerio privat, vel solo ascensu ad Ordinem superiorem; v. g. oculis vel palmâ Sacerdos carens, inhabilis est ad Missam, non tamen ad confessiones audiendas; & Diaconus sinistro oculo carens, inhabilis est ad Sacerdotium, in suo tamen Ordine ministrare potest.

A D D E N D A.

Quest. 52. An certum sit nullam Irregularitatem, etiam ex delicto, esse censuram. *R.* videtur esse certum, uti tenent plurimi cum Cardena in 1. c. 75. contra Sorum & paucos alios, & consequenter non poterit per absolutionem tolli ab eis, quibus delegata est plenissima potestas absolvendi à casibus, censuris & pœnis omnibus quomodocunque incurtis, uti dicitur iterum n. 459. Notat autem Lugo in Resp. mor. l. 2. d. 12. n. 2. irregularitatem in eo imitari censuras, quod incurrat ipso facto, & quod semel contracta efficiat personam, quocunque iêrit.

Q. 53. Si aliquid præcipiatur vel prohibeatur sub pœna irregularitatis, quale sit peccatum contravenire. *R.* Probabilius est contra Valent. Salonium & Sayrum apud Dian. p. 1. tr. 10. R. 21. esse mortale, quia quam.

quamvis irregularitas possit contrahi ob veniale vel etiam ob nullum peccatum, tamen quando imponitur per modum pœnæ propter malefactum, non imponitur nisi propter mortale, ita Steph. à S. Paulo. tr. 2. d. 3. n. 22.

432.

DUBIUM II.

Qui sint effectus irregularitatis.

- » **R** Esp. Sunt sequentes, 1. Inhabilitare ad Ordines suscipiendos, etiam primam consuram, & impedire exercitium Ordinum susceptorum: Unde Sacerdos irregularis, etsi validè, illicitè tamen absolvit. *Bon. l. c. num. 4. & p. 4. 2. Quòd collatio Beneficii, ad cujus functiones inhabilis est, facta irregulari invalida fit, secundùm sententiam communiorem & tutiorem: etsi non improbabiler quidam dicant eam non ipso facto irritam esse, sed meritò irritandam. Lay. l. c. cap. 1. n. 2. & 3. Sylv. Et. Bon. p. 4. Secundùm quam sententiam probabilem, Resolves,*
- » I. Is qui Beneficium impetravit in irregularitate, potest, obtentâ hujus dispensatione, illud in foro conscientie licitè retinere, sine nova collatione, etiamsi in dispensationis impetratione non sit facta mentio Beneficii. Item si postea Beneficio privetur, non tenetur fructus restituere.
- » II. Graviter peccat, qui in irregularitate exercet actum Ordinis, aut suscipit, licet Ordines ei collati sint validi.

ADDENDA.

433. **Q**uest. 54. Quid præterea sit notandum circa hos effectus. R. §. 1. Ordines collati irregulari sunt

sunt validi; Ecclesia enim tantum reddit inhabilem ad Ordines ritè suscipiendos & exercendos, non autem reddit absolute incapacem: imò impedire non potest valorem, quem Sacramenta habent Jure divino, si defacto adsint materiae formæ & minister à Christo requisiti, ut docent *Dicast.* d. 7. n. 99. *Steph.* tr. 5. d. 5. n. 286. Rectè autem notat *Castrop.* d. 6. pu. 5. n. 1. cum prima Tonsura pendeat ab institutione Ecclesiæ, potuisse illam reddi irritam, si susciperetur ab irregulari, Ecclesia tamen defacto id non statuit: imò aliqui DD. asserunt primam Tonsuram recipi posse ab irregulari, eò quòd non sit Ordo, sed oppositum tenendum est cum *Castrop.* n. 2. quia ut censeatur comprehendi satis est esse dispositionem ad Ordines & per eam hominem poni in statu clericali.

§. 2. Cum irregularis prohibeatur tantum à receptione Ordinum & exercitio illorum, poterit omnia alia obire v. g. servire Missæ, uti faciunt, qui acolythi non sunt, item baptizare non solenniter, item potest retinere jurisdictionem, eamque exercere, etiam si supponeret receptionem alicujus Ordinis, unde etiam potest excommunicare, absolvere ab excommunicatione &c. hi enim non sunt actus Ordinis, quamvis forte eam prærequirant. *Castrop.* à n. 4. *Dicast.* n. 109. 130. 151.

§. 3. Parochus irregularis peccat graviter, si per seipsum absolvat pœnitentem, absolveret tamen validè, cum retineat potestatem Ordinis & jurisdictionis, poteritque validè & licitè committere alteri Sacerdoti, ut oves suas absolvat, illa enim delegatio non est actus Ordinis, quia Clericus non Sacerdos potest habere hanc jurisdictionem.

Tom. VII.

N n n

risdi.

- risdictionem & alteri delegare, *Dicast.* num. 137.
436. §. 4. Si quis conferat aliquam potestatem irregulari, quam irregularis recipere prohibetur v.g. si conferat jurisdictionem ad absolvendum, vel conferat Beneficium, si hoc faciat sciens esse irregularem, validè confert: Si autem ignoret esse irregularem *Dicast.* n. 114. & 147. dicit invalidè conferre, quia ceteri debet non habere voluntatem conferendi, nisi secundum leges & Canones, leges autem & Canones prohibent conferri irregulari, ergo ceteri debet non velle illi conferre, & consequenter non confert.
437. §. 5. Huc pertinet sequens casus: Titius Presbyter debet ex officio festo S. Huberti Missam celebrare; nec omittere potest sine publica infamia vel gravissimo incommodo; est autem irregularis ex delicto, nec interea dispensari potest, hinc *Queritur*, an absolutus à peccatis & censuris non possit eo die illud officium Missæ habere. *R.* 1. Si irregularitas sit notoria, & in ratione delicti & in se, non potest; quia tota infamia est jam quo ad substantiam publicam, & adderet publicum scandalum. *R.* 2. Quamvis factum, quo contraxit irregularitatem sit notorium, si tamen notorium non sit nec publicè judicetur ideo incurrisse irregularitatem, si possit sine infamia vel incommodo, adhuc tenetur vel sub specie negotii aliò proficisci, vel sub specie infirmitatis se continere domi & alteri officium illud committere; id enim postulat reverentia prohibitionis Ecclesiasticæ. E contra si neutro modo possit declinare publicam infamiam vel aliud gravissimum incommodum, potest habere illud officium Missæ quia ejusmodi præceptum humanum non celebrandi in tali

inhabilitate occulta ex prudenter præsumpta benignitate piæ Matris Ecclesiæ non obligat cum tanto incommodo.

Q. 55. Quid addendum sit circa irregularitatem in 438.

Beneficentis. R. §. 1. Dixi l. 4. n. 780. irregularem non posse promoveri ad ullum Beneficium vel pensionem ecclesiasticam, de qua tamen vide dicta ibidem n. 1149. Quod si irregularitas impediatur usum alicujus tantum Ordinis; dixi, posse talem esse capacem Beneficii, requirentis usum, quem habere possit alterius Ordinis: hinc Sacerdos privatus manu fit irregularis & inhabilis ad functiones Beneficii sacerdotalis, cum ad illas fit ineptus, manet tamen habilis ad functiones Beneficii alterius, cujus munus obire potest, *Dicast. d. 7. n. 102.*

§. 2. Irregularitas quæ post acceptum Beneficium incurritur, non privat ipso facto Beneficium aut pensionibus Beneficii, nemo enim ipso facto ante sententiam privatur bonis suis vel juribus actu possessis, nisi id clarè exprimant leges & id pluribus firmabo n. 508. unde talis poterit resignare vel permutare Beneficium, cum adhuc habeat titulum & jus, ita cum aliis *Dicast. n. 120. 121.* Item poterit retinere fructus Beneficii, si per se vel per alium satisfecit muneri suo, *Dicast. num. 124.*

§. 3. Si quis habeat Beneficium, cui annexum est v. g. jus eligendi, irregularitas non privat illo jure nec usu ejus, non est enim actus Ordinis, quamvis fortè prærequirat Ordinem, v. g. subdiaconatum, *Suar. Nav. Castrop. n. 14. Dicast. n. 138.*

§. 4. Irregularis ob homicidium voluntarium & injustum privari debet Beneficio, uti statuit

zuit Trid. sess. 14. c.7. De reform. non tamen pen-
sione, quia de hac nulla in Jure fit mentio, Ca-
strop. n. 12. Dicast. n. 128. 129.

442. Q. 56. An irregularitas semper sit signum, quod quis
vocatus non sit ad statum ecclesiasticum. R. Antonius
Godeau Episcopus Grassensis & Venciensis in di-
scursu de vocatione ad statum ecclesiasticum
Artic. 21. docet 1. signum, quod quis à Deo non
vocetur ad statum ecclesiasticum esse, si aliquam
habeat irregularitatem, putat enim, hoc ipso
quod Deus hanc permittat, sufficienter signifi-
care, quod nolit à tali statum ecclesiasticum eli-
gi, cum ratio dicat non facile per dispensatio-
nem recedendum esse à communi & iusta lege.
2. Conatur ex variis Conciliis probare ista tene-
re præcipue de illis, qui milites fuerunt, talibus
enim liberæ vitæ assuetis putat potiùs discipli-
nam religiosam esse necessariam. Hæc univer-
sim non tenent. Non primum, nam sæpe peracci-
dens contingit alicui talis irregularitas, nec à
Deo intenta est; qui licet permittat, dedit Ec-
clesiæ suæ potestatem eam tollendi, etiam in or-
dine ad suscipiendum statum ecclesiasticum, ut
probat praxis Ecclesiæ ab initio ad hæc usque
tempora. Nec secundum, nam scimus multos post
militiam bene præfuisse Ecclesiis cum S. Martinus
recens exemplum est Innoc. XI. qui sanctissimè
præfuit toti Ecclesiæ. Itaque si quis post mili-
tiam vel etiam cum quacunque irregularitate
dispensabili, secundum regulas l. 6. p. 2. à num.
1915. datas consideratis omnibus judicet se in
statu ecclesiastico meliùs servitutum Deo & se-
curiùs salvandum, non est cur deterreatur ab eo
statu, vel à petenda dispensatione. Verum qui-
dem est, quod per discursum suum præcipue in-
tendit

E. III.
20. I.

Th. m. or.
Clav dii
La Croix
Tom VII

Ca.

tend
confi
li & f
debe
quis
potef
tia, f
pro
Q
RES
in
(Cap.
live fa
irregu
Bon. q.
dubite
misso
dientia
Rel
lito,
& mon
tio,
xatur.
Res
solutio
simili
vel quas
quider
que po
tum to
dispens
men ne
Episco

tendit Godeau, tenetque etiam Pignat. tom. 10. consult. 99. tanta esse pericula in statu Episcopali & sacerdotali, ut merito quisque formidare debeat ea acceptare, nedum ambire, attamen si quis se ad ejusmodi statum putet à Deo vocari, potest ad illum se offerre, confidens de Dei gratia, si faciat quod in se est, hanc non de futuram pro implenda obligatione tanti muneris.

DUBIUM III.

433.

Quomodo incurratur & tollatur irregularitas.

Resp. I. Cum ab homine non feratur, nulla incurritur nisi in jure expressè habeatur (Cap. is, qui de sent. excomm. in 6.) Unde in dubio five facti five juris, tenere potes, quòd non sis irregularis, quia melior est còditio possidentis, Bon. q. 1. p. 5. ex Suar. Fill. &c. Excipe tamen, si dubites de homicidio saltem injusto à te commissio, ut patet ex Cap. Significasti, & ex C. Ad audientiam. 2. De homicidio. V. Bon. l. c.

Resp. II. Ut incurratur irregularitas ex delicto, requiritur actus externus consummatus & mortalis, ut habet communis contra Caj. Ratio, quia est gravis pœna, & difficulter relaxatur.

Resp. III. Irregularitas non tollitur per absolutionem, sed per dispensationem, hac vel simili formâ: *Dispensato tecum in irregularitate, quam vel quas, ob hanc vel illam causam incurristi.* Et si quidem dispensans intendat tollere omnes, idque possit, omnes tollit; sin minus, eam tantum tollit, quam potest & vult. Et si verò hæc dispensatio ad Pontificem spectet, ex jure tamè novo Tridentini, ubi est receptum, potest Episcopus dispensare in Irregularitatibus pro-

Nnn 3

venien-

venientibus ex delicto , & non deducto ad fo-
 rum contentiosum , nisi tamen sit homicidi-
 um , directe & in se volitum *Bon. q. 5. p. 1. n. 3. ex*
Trid. sess. 24. cap. 6. Suar. Sanch. Fill. & c. Lay. c. 9. n. 4.
 Præterea Irregularitas ex defectu natalium,
 tolli etiam potest per professionem in religione
 approbata ; sed quoad ordines tantum , non
 quoad Prælaturas. *Cap. 1. de filiis Presbyterorum*
Bonas. part. 2. Lay. cap. 9. n. 9. Suar. Sanch. Less. con-
tra Villalob. qui apud Dia. p. 4. t. 2. R. 65. dicit
 tolli quoad omnia solita gubernari per Fratres
 illius Ordinis , ut Prioratus , Præposituras,
 Rectoratus & cætera munia : Circa quæ Præla-
 tos saltem posse cum iis dispensare , in Capitu-
 lo tamen Generali vel Provinciali , notat *Dun-*
st. c. ex Barbos. Unde resolves ,
 I. Solus Papa , & qui ab eo accepit privile-
 gium , potest dispensare in Irregularitatibus ex
 defectu.
 II. Confessarius in nullis irregularitatibus
 potest dispensare , nisi habeat speciale privile-
 gium à Papa.

A D D E N D A.

444. **Q**uest. 57. A quo incurratur Irregularitas. R.
 §. 1. Cùm irregularitas infligatur ab Ec-
 clesia , illam non incurrunt infideles , quia non
 sunt Ecclesiæ subjecti : attamen si sint in infideli-
 tate Bigami & convertantur , jam sunt irregula-
 res secundum dicta l. 6. p. 3. n. 612. quia con-
 versi manent bigami , & Ecclesia vult bigamos
 esse irregulares , sicuti etiam corpore mutilatos ,
 licet ante conversionem mutilati sint ; quod
 confirmatur ex dictis etiam l. 6. p. 3. n. 628.

§. 2.

§. 2. Cùm irregularitas pro effectu proprio 445.
habeat impedire susceptionem Ordinum & u-
sum susceptorum, non incurrit sc̄mina nec
hermaphroditus, in quo prævalet sexus sc̄mi-
neus, cùm hi non sint capaces Ordinum, hinc
subjectum irregularitatis est solus homo bap-
tizatus & mas, *Castrop.* hinc d. 6. p. 2. *Dicast.* d. 7. n.
70. 75.

§. 3. Impubes completo septennio capax 446.
peccati mortalis potest incurrere irregularita-
tem, *Dicast.* d. 1. n. 232. & alii: hinc committens
homicidium voluntarium contrahit irregula-
ritatem ex *Clement.* Si furiosus De homicidio.
Silv. Sanch. Avila, imò Abb. Covarr. Nav. Rodrig. pu-
tant etiam ante septennium completum incur-
rere, si malitia suppleat ætatem, sed probabilius
contradicunt *Henriq. Avila Dicast.* & alii cum *Delb.*
De immun. eccles. c. 13. dub. 3. n. 13. tum, quia
Clementina expressè excipit infantes, tum eti-
am, quia nullibi exprimitur, & odii restringi
debent, *Cap. 1. De delictis puerorum.* Imò multi
cum *Castrop.* tr. 3. d. 1. p. 24. §. 2. probabiliter
excusant omnes ante pubertatem ab omnibus
pœnis, exceptâ pœnâ percussiois Clerici. Vide
dicta n. 42.

§. 4. Hoc ipso quòd aliquis eligatur in Pa- 447.
pam, definit esse irregularis, quamvis antea
fuisse, quia definit esse subjectus Juri Canonico
quoad vim coactivam seu quoad pœnas. *Suar.*
Fill. aliique multi cum *Castrop.* hinc d. 6. pu. 2. n.
4. & *Suar.* d. 40. l. 7. n. 7.

§. 5. Sacerdos hujus diœcesis suspensus ab 448.
hoc Episcopo, incurrit irregularitatem, si v.g.
celebret etiam in alio Episcopatu, quia suspen-
sio, in qua celebrat, afficit personam, nec respicit
locum,

locum, imò nec poterat tolli, nisi cum auctoritate hujus Episcopi vel Superioris, uti pluribus *Beja* p. 1. ca. 29. Quomodo appellatio in tempore facta sæpe impediatur, ut, v. g. *Missam* legens in censura non incurrat irregularitatem, dixi n. 109. 110. An ille, qui appellavit à denunciatione censuræ, fiat irregularis, si interea celebret *Missam*, dixi n. 111. Si quis ante sententiam bonâ fide appellârit, & *Judex* nihilominus pergat, talem non fieri irregularem, si interea celebret *Missam*, attamen teneri publicè se gerere ut censuratum, dixi n. 112.

449. Q. 58. Quid addendum sit circa varia dubia, quæ in hac materia possunt occurrere. R. §. 1. Dubium juris in hac materia tum est, quando dubitatur, an sit lata lex in Jure, per quam ob tale factum inducatur irregularitas; dubium facti est, quando scitur quidem, quod per tale factum inducatur irregularitas, sed dubitatur, an aliquis commiserit illud factum, quod necessarium erat, ut incurreretur.

450. §. 2. In dubio sive Juris sive facti circa irregularitatem, aut an hic casus contineatur sub lege inducente irregularitatem, vel an tu commiseris talem casum sub lege contentum, docent *Nav. Suar. Côn. Avil. Salas, Bonac. Tamb. Sanch.* in *Decal.* l. 1. c. 10. *Laym.* l. 1. tr. 1. c. 5. §. 4. n. 39. *Castrop.* d. 6. p. 3. n. 7. *Dicast.* d. 7. dub. 2. & 3. *Sperell.* *Decis.* 77. à n. 31. & pluribus *Decis.* 119. n. 48. *Schild.* tr. 5. n. 67. *Bardi* discept. 6. c. 7. §. 2. neminem censeri debere irregularem, excepto casu dubii homicidii, uti statim dicitur, quia irregularitas non debet censeri lata, nisi clarè exprimatur in Jure, *Cap. Is qui, De sent. excomm.* in 6. In dubiis facti autem, nisi Ecclesia expressè

annè-

annectat irregularitatem, possessio est pro libertate & immunitate ab ea, nec tenetur quis contra se judicare. Et ideo inferunt *Sanch.* & alii cum *Sperell.* n. 47. in dubio, an sis ligatus censurâ, si practicè deponas dubium & celebres *Misfam*, te non fieri irregularem. Putant quidem aliqui apud *Sperell.* decis. 175. licèt pro foro fori nemo in dubio censetur irregularis, attamen pro foro conscientie debere præsumi, ne quis se exponat periculo peccandi, sed cum communissima concludit *Sperell.* à n. 11. ista etiam valere pro foro conscientie, quia pro utroque foro valet possessio: nec ideo se exponet periculo peccandi, quia practicè deponet omne dubium. Neque verum est hinc esse obligationem sequendi tutiora, uti latè probatum est, l. 1. à n. 478.

§. 3. In dubio facti circa homicidium injustum adhuc putat *Henriq.* & probabile existimat *Suar.* tum tantum censeri debere aliquem irregularem, quando verisimilius est, quòd homicidium sit perpetratum, sed dicendum est absolute censeri debere irregularem, quancunque est verum & prudens dubium, etsi pars negativa sit verisimilior, *Dian.* p. 3. tr. 5. R. 72.

§. 4. Si puer post septennium occiderit aliquem, & dubitetur an habuerit plenum usum rationis, *Henriq.* & *Avila* dicunt censeri debere non esse irregularem, quia præsumendum videtur in favorem pueri possidentis libertatem, è contrâ alii cum *Dicast.* n. 426. meliùs dicunt debere censeri irregularem, quia puer post septenniũ præsumitur habere usum rationis, uti habet *Sanch.* in *Decal.* l. 1. c. 12. n. 13. unde ob illam certatem, quæ communiter est capax, est etiam possessio pro illo usu.

Nnn 5

§. 5.

453. §. 5. Si quis pugnauerit in bello iusto, in quo aliqui occisi sunt, & dubitet, an ipse per se aliquem occiderit, putant *Bonac. Leand. & alii* posse reputare se non esse irregularem, quia quando Jus dicit, dubitantem de homicidio censi debere irregularem, loquitur de homicidio iniusto, ergo in dubio circa homicidium iustum, melior est conditio possidentis, secundum dicta n. 450. *Nec refert, quod Cap. Petio tua*, De homicidio, dicatur eum, quem remordebat conscientia de homicidio in bello iusto, censi debuisse irregularem, nam ille, de quo dubitabatur, erat Presbyter, qui nequidem in iusto bello poterat propria manu pugnare, uti notant *Sanch. & alii* cum *Dicast.* à n. 52. Et hanc sententiam probabilis reputat *Schiava*, l. 4. diff. 33. quamvis teneat oppositum cum *S. Anton. Silv. Tabien. Polanc. Sayr. & aliis*, eò quòd praxis Curia habeat, ut tales petant dispensationem: sed fortè id fit ad majorem cautelam, nam prima sententia videtur esse omnino probabilis.
454. §. 6. Quando Jus vult, ut in dubio facti de homicidio iniusto, censeatur quis irregularis, tantum intelligitur de hoc, quantum ad privationem suscipiendi Ordines, & in illis ministrandi, non autem quantum ad alias penas, quæ à Judice imponi solent pro irregularitate contracta; de solis enim prioribus loquuntur leges, cum communi *Dicast.* n. 63.
455. §. 7. Qui consuluit homicidium, sed dubitat, an suum consilium aliquid effecerit ad perpetratum homicidium, censi debet irregularis, quia est dubium facti, in quo Jus induxit irregularitatem, *Sanch.* aliique cum *Dicast.* n. 60. Si autem dubitet, an ille, cui dedit consilium, reipso

commi
cunt ce
Dicast. n.
conster
non fac
multò
miciu
§. 8.
oerum
matus,
bere cer
tia supp
illarà, h
Opposit
Avil. Men
cast. n. 5
um inju
muniter
§. 9.
setur irr
dubio ci
Bonac. Sp
§. 10
regulari
ciat aliq
si suscipi
ponendo
agendi c
Castrop. p
suscepto
persistat
quo nem
cast. n. 5
tali dubi
curritur

commiserit homicidium, multi quidem dicunt cenferi debere irregularem, sed alii cum *Dicast.* n. 62. tenent oppositum, quia cum non constet de homicidio, & potius præsumatur non factum, non est possessio pro homicidio, multò minùs pro efficacia consilii causantis homicidium, ergo manet possessio pro libertate.

§. 8. Si quis causârit vel concurrerit ad abortum, & postea dubitetur an fœtus fuerit animatus, *Delb.* c. 2. d. 4. f. 20. n. 22. dicit non debere cenferi irregularem, quia Jura id statuente supponunt constare de morte alicui homini illatâ, hîc autem nescitur, an homo sit occisus. Oppositum communiùs tenent *Sor. Sayr. Sanch. Aril. Meroll. Farin. Barb. Sperell.* decis. 77. n. 39. *Dicast.* n. 59. quia est dubium facti circa homicidium injustum, quod hîc præsumitur, cum communiter eveniat.

§. 9. In dubio facti de mutilatione nemo censetur irregularis, quia Jus tantùm loquitur de dubio circa homicidium, *Con. Sanch. Diana* suprâ *Bonac. Sperell.* n. 35. *Castrop.* n. 10.

§. 10. Si quis cum dubio Juris vel facti de irregularitate ante adhibitam inquisitionem faciat aliquid, quod irregulari prohibetur, v. g. si suscipiat Ordines, peccat quidem graviter exponendo se periculo violandi irregularitatem & regendi contra gravem prohibitionem Ecclesiæ, *Castrop.* p. 3. n. 3. potest tamen exercere Ordines susceptos, quamvis post diligentiam adhibitam persistat dubium, quia tum fit dubium Juris, in quo nemo censetur irregularis, *Castrop.* n. 7. *Dicast.* n. 55. Neque per susceptionem Ordinis cum tali dubio incurritur irregularitas, imò nec incurritur nova irregularitas, quamvis aliquis in-
irre-

irregularitate suscipiat Ordines aut exerceat actum Ordinis, uti rectè *Dicast.* à n. 14. iterumque n. 106. quia tum tantum quoad hanc materiam incurritur irregularitas, quando quis censurâ ligatus exercet actum Ordinis, irregularitas autem non est censura.

457. §. 11. Qui cum dubio irregularitatis accepit Beneficium, peccavit quidem, & ante adhibitam sufficientem diligentiam non potest tutâ conscientiam illud possidere, nec obire munera, nec fructus percipere: si tamen post adhibitam diligentiam maneat dubium, fit dubium Juris, in quo censi potest non irregularis, adeoque tum bonâ fide incipiet possidere. Neque verum est, quod possessio malâ fide incepta illi proficit, nam non prodest illi possessio malâ fide incepta, sed libertas propria, Jus enim non imposuit irregularitatem, quando est dubium Juris de illa, ergo in dubio Juris libertas justè & bonâ fide urget possessionem, quam habuit, *Sanch. in Decal. l. 1. c. 10. n. 46.* aliique cum *Dicast.* à n. 56.

458. Q. 59. Quid addendum sit circa sublationem irregularitatis. R. §. 1. Per dispensationem tolli possunt omnes irregularitates, aliquæ autem præterea tolluntur per Baptismum, aliquæ per professionem religiosam, per Baptismum tollitur irregularitas ex infamia, facta aliquo, vel vili officio contracta, item contracta ex homicidio etiam injusto, *Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 6. in fine, Castrop. d. 6. pu. 7. n. 1.* Et dici solet, quod omnis irregularitas tollatur per Baptismum, sed *Suar. d. 51. c. 1.* rectè notat id improprie dici, quia irregularitas est ex Jure positivo, ergo secundum dicta n. 444. dirigitur ad solos baptizatos, nisi aliud in Jure exprimat; hoc tamen sensu dicitur

tur tolli per Baptismum, quod homo per Baptismum generetur & efficiatur quasi novus homo. Irregularitatem omnem non tolli per ingressum religionis docet *Suar.* d. 41. f. 1. à n. 3. nisi consuetudo sit, ut Religio cum subditis in tali casu dispense.

§. 2. Dans potestatem absolvendi à quibusvis casibus reservatis, censuris, pœnis, non ideo dat pro irregularitate, cum non sit propriè casus, censura vel pœna, sed impedimentum quoddam, quod non absolvitur sed dispensatur, uti latè probat *Dicast.* d. 1. à n. 77. iterumque d. 7. n. 1074. Similiter qui dat potestatem dispensandi in omni irregularitate, non ideo dat ad eam, quæ est ex homicidio voluntario, stylus enim Curia est, ut hæc maneat reservata, non obstante clausula generali, nisi clarè exprimitur, *Chapeville* de casibus reservatis p. 1. c. 4.

§. 3. Solent omnes Religiones privilegium habere, non tantum ut earum Religiosi, etiam si defectum natalium habeant, in prælatos eligi possint, sed etiam ut in omnibus eorum irregularitatibus possint dispensare, etiam in homicidio voluntario, dummodo notorium non sit, uti habet *Castrop.* supra n. 2. addens n. 7. ex vi privilegii à *Pio. V.* concessi posse dispensare cum subditis suis in irregularitatibus, in quibus Episcopus vi *Trid.* de quo dicitur à n. 466. quam sententiam *Antonius* à *Spiritu S.* apud *Steph.* tr. 5. d. 5. n. 259. confirmat adductis Bullis & authoribus id affirmantibus, & extendit hoc ad corpore vitiatos, uti si desit pes, oculus sinister &c. Addit Prælatos regulares per Bullam *Pauli III.* concessam Vallisoletanis, & *Sixti IV.* concessam Carthusianis posse primâ die Lunæ quadragesimæ dispen-

dispensare cum suis subditis in omnibus irregularitatibus etiam publicis & notoriis, v. g. ex homicidio injusto, ex bigamia &c. Sed quod alios Ordines attinet, ad me non spectat: quid habeat Societas JESU & quantum facultatis illa Superioribus suis communicet, habetur in novo Comp. V. *Dispensatio* à §. 1. usque ad 6. unde non est universaliter audiendus *Dicast.* n. 1094. sine exceptione & restrictione dicens Societatem JESU posse dispensare in omnibus excepto solo homicidio injusto.

461. §. 4. Hoc ipso, quod Provincialis in Societate presentet aliquem ad Ordines, dispensat cum eo in irregularitate, in qua potest. Consultum tamen est, ut voluntatem illam exprimat, uti Româ responsum anno 1590. Dixi etiam n. 148. Papam si sciens aliquem esse censuratum, ei conferat Ordines vel Beneficium, hoc ipso censi absolvi vel dispensare, non item Episcopum: & idem est quo ad irregularitatem.

462. §. 5. Quando irregularitas ex defectu fertur pro tempore, quo durat ejus causa, tum cessat ablatâ causâ, sic irregularitas ex defectu libertatis cessat obtentâ libertate, irregularitas ob rationes non redditas cessat solutis debitis vel redditis rationibus, irregularitas ex defectu ætatis tollitur per adventum legitimæ ætatis, irregularitas ex infamia facti per emendationem vitæ, irregularitas ex ignorantia per oppositam scientiam, irregularitas ex lepra vel cæcitate cessat sanatâ leprâ vel reddito etiam per miraculum visu, irregularitas obsessi à dæmone, si dæmon expellatur, *Suar.* d. 41. f. 1. n. 6. *Fill. Salsedo, Diaz* & communis cum *Bonac.* d. 7. q. 5. pu. 2. n. 5. talis etiam est irregularitas ex conjugio cessante

Matrim

E. II.
20. I

Tom. VII
La Croix
Claudii
m. or.

ca

Matrim
& muti
quam h
in crim
causa fa
mation
ponunt
47. f. 2
fecisset
Judex v
se effusi
ex defec
satione,
à n. 71
§. 6.
irregula
sapius f
tem in g
contrah
ita & irr
bus disp
tra *Dica*
§. 7.
excomm
presum
ctum C
Papa,
pa, Ca
n. 2015.
§. 8.
aris etia
pensat si
ca fibu
sione &
sed dispe
a sint oc

Matrimonio, item ex militia secluso homicidio & mutilatione, si militia cesset; irregularitas, quam habent curiales Justitiæ imò & Judices in criminalibus, si nunquam cooperati sint in causa sanguinis, quæ habuerit effectum deformationis hominis, quando officium illud deponunt, cessat, uti rectè cum communi *Suar. d. 47. l. 4. à n. 2.* Quod si quis in bello etiam justo fecisset homicidium vel mutilationem, aut si Judex vel alius in effectu cooperatus fuisset cause effusi sanguinis, contraxisset irregularitatem ex defectu lenitatis, quæ indigeret aliquâ dispensatione, uti cum aliis *Dicast. n. 1071.* & dicitur à n. 715.

§. 6. Si quis plures etiam ejusdem generis irregularitates incurrerit, v. g. ob homicidium sæpius factum, debet dispensari in singulis saltem in genere & in communi, sicuti enim plures contrahi potest eadem censura, uti dictum est, ita & irregularitas, quæ proinde indigebit pluribus dispensationibus, *Kodriq. aliique multi contra Dicast. n. 1077.* & alios.

§. 7. Irregularitas, quæ incurritur à Clerico excommunicato majore suspenso, interdicto, præsumptuosè ac temerè exercente solenniter actum Ordinis sacri, quem habet, est reservata Papæ, licèt censura lata esset ab aliis quàm Papæ, *Cap. 1. De sent. excomm. in 6. Krimer l. 5. n. 2015.*

§. 8. Quamvis *S. Pœnitentiaria* absolvat à censuris etiam in casibus publicis, attamen non dispensat super irregularitate cum sæcularibus, nisi in casibus occultis, nam dum agitur de absolutione & dispensatione simul, semper absolvit, sed dispensat cum clausula, dummodo præmissa sint occulta, *Tiburs. p. 3. c. 6.*

L.

466. Q. 60. Quid addendum sit circa potestatem Episcopi in dispensanda irregularitate. Re. §. 1. Trid. sess. 24. c. 6. De ref. sic habet: *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientes, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum continentium, dispensare. Et in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscunque sibi subditos in diocesi sua per seipsum aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolvere imposita pœnitentiâ salutarî.*
467. §. 2. Is, cum quo dispensatur, debet propriè esse subditus Episcopi dispensantis, ita ut habeat domiciliû aut saltem quasi domiciliû in eius diocesi, habitando per majorem anni partem, aut ut sit vagus. Nec sufficit esse peregrinum, *Castrop.* n. 8. Ipse autem dispensans debet esse verus Episcopus dispensandi, unde Archiepiscopus respectu subditorum Episcopi suffraganei, etiam quando actu visitat vel quando fit appellatio ad ipsum, aut quando Episcopus dispensationem injustè negat, secundum *Suar. Sanch. Castrop.* n. 6. dispensare non potest. Alii tamen probabiliter contradicunt saltem in casu appellationis ob injustam denegationem dispensationis. Docet etiam *Pignat.* tom. 6. conf. 99. n. 39. contra alios Archiepiscopum non posse dispensare in irregularitate vel suspensione cum subdito Episcopi suffraganei absentis, qui Vicarium ad hoc non deputavit, nam etiam non habet talem jurisdictionem in talem subditum, nisi in casibus à Jure expressis, qualis non est hic.
468. §. 3. Etiam non possunt vi Tridentini hic dispensare Prælati Regulares, quamvis à Sede Apostolica habeant in suos jurisdictionem quasi Episcopi.

E. III.
20. I.

Tom. VII

ca.

scopalem, quia propriè non sunt Episcopi, de quibus solis loquitur *Trid.* Nec habent dicecesin, & ita etiam habet declaratio apud *Gall.* suprà, docentque etiam *Suar.* & *Sanch.* in *Decal.* l. 2. c. 11. n. 7. *Pignat.* suprà *Sperell.* decis. 111. n. 92. & tunc eo plurimi, contra *Henriq. Rodriq. Sayr. Avil. Portel. Castrop.* & alios. An autem possint vi alterius privilegii, videri debent dicta n. 141. Addunt *Garc.* & alii cum *Leur.* suprà num. 3. etiam non posse Prælatos Episcopo inferiores, quamvis habeant jurisdictionem ordinariam & quasi Episcopalem respectu sæcularium, sed hos debere recurrere ad Sedem Apostolicam. Addit *Pignat.* nequidem posse vi hujus facultatis *Trid.* ex declaratione *Greg. XIII.* dispensare Cardinales in ecclesiis sui tituli, non enim ideo sunt verè Episcopi.

§. 4. Docent *Suar. Bonac. Sperell.* decis. 31. n. 469. *Pignat.* & alii, etiam non posse vi *Trid.* dispensare Capitulum Sede vacante, quia ad illud non transeunt, quæ Jure speciali conceduntur Episcopo. Oppositum tenent *Henriq. Rodriq. Sayr. Ventrig. Pirh. Piafec. Bened. Sanch.* De Matr. l. 8. d. 2. à n. 10. *Barb.* De off. Episc. alleg. 39. n. 16. *Less.* in auct. v. *Absolutio* cas. 10. *Castrop.* d. 6. p. 7. n. 7. *Leuren.* in Vicar. q. 478. quia hæc potestas competit Jure quidem speciali, attamen Ordinario.

§. 5. Verba illa *Trid.*, in dicecesi sua... in foro ^{470.} conscientie, tantum tangunt & limitant Episcopi potestatem quoad absolutionem à reservatis, hinc in irregularitate dispensare potest etiam existens & etiam existentem extra dicecesin, & etiam pro foro externo, quia huic potestati dispensandi non apponuntur hæc limitationes, *Pignat.* n. 49. *Suar. Sanch. Castrop.* n. 9. & 14.

Tom. VIII.

O O O

§. 6.

471. §. 6. Notant *Less. & Dicast.* d. 7. n. 1065. Episcopus, si irregularis sit, posse alteri delegare facultatem dispensandi secum in eis casibus, in quibus ipse potest dispensare cum subditis suis, quia illa potestas est ipsi ordinaria, ergo delegabilis, cum non prohibeatur, & ipse non debet esse deterioris conditionis quam alii.
472. §. 7. Episcopus aut quisvis alius, qui habet facultatem dispensandi in omnibus irregularitatibus præter ortam ex homicidio voluntario, potest dispensare in irregularitate orta ex homicidio justo quantumvis voluntario, quia vox homicidium in moralibus significat injustum, quale prohibetur in Decalogo, per præceptum, *non occides*, *Cajet. Suar.* aliique multi cum *Dicast.* n. 1093.
473. §. 8. Si homicidium injustum voluntariè sit perpetratum, quamvis occasio fuerit ex rixa inopinatè orta vel etiam ex joco, manet reservatum Papæ, *Mol. Suar.* aliique cum *Dicast.* n. 1099. qui tamen dicit etiam non esse improbable quod docent *Cón. & Avila*, nempe tale homicidium non esse reservatum Papæ, quia, qui successus irâ occidit auctorem rixæ, non videtur omnino voluntariè fecisse.
474. §. 9. Episcopus dispensare potest in homicidio occulto pro defensione propria facto, quamvis injustum fuerit, eò quod commissus sit excessus in moderamine inculpatae tutelæ, quia cum factum sit non ex proposito & absoluta voluntate occidendi, sed in propriam defensionem, non est in se volitum, neque censetur voluntarium, uti requirit *Trid.* ita authores communiter cum *Dicast.* n. 1102.
475. §. 10. Probabilius est Episcopum posse dispensa-

E. III.
20. I

Th. mor.
Claudii
La Croix
Tom. VII

ca.

dispensare in irregularitate ex injusta mutilatione occulta, quia *Trid.* tantum excipit homicidium injustum, per homicidium autem non intelligitur mutilatio, uti habet declaratio apud *Galle.* n. 3. & *Pignat.* n. 36. nam etiam exceptio illa solius homicidii firmat regulam in contrarium pro casibus non exceptis, *Mol. Suar. Tol. Dicast.* n. 1106. contra *Sanch. Henriq. Med. & alios. Nec obstat,* quod *Gl. in Clement. 1.* De homicid. dicat mutilationem æquiparari homicidio, nam id verum est quoad incurrendam irregularitatem, non quoad dispensationem illius.

§. 11. Episcopum posse dispensare in irregularitate etiam ad forum contentiosum deducta, quando finito iudicio punitum est delictum, docent *Sanch. in Decal. l. 2. c. 11. n. 21.* alique, quos citat *Barbosa* in collect. ad *Trid. sess. 24. c. 6.* De reform. quam sententiam *Dian.* apud eundem dicit esse practicè tutam.

§. 12. Si occultè excommunicatus publicè celebrat Missam, potest in ista irregularitate dispensare Episcopus, quia celebratio ista non est in ratione delicti publica: è contrà, si publicè excommunicatus occultè celebret, absolvi non potest ab Episcopo, uti resolvit *S. Congreg.* apud *Pignat.* n. 31.

§. 13. Si quis ante ætatem susceperit Ordinem, & jam habeat ætatem ac delictum sit occultum, potest Episcopus dispensare in ea irregularitate & suspensione, si autem necdum habeat ætatem, dispensare non potest. *Pignat.* n. 35. ex declaratione *S. Congreg.*

§. 14. Episcopus in locis, in quibus receptum non est *Trid.* non posse uti hac facultate habet declaratio apud *Galle.* n. 1. & idem tenent

nent *Suar. Garc. Sanch. De Matr. l. 8. d. 34. Pignat. n. 22.* quia non videtur æquum acceptare gratias & non onera.

480. §. 15. Non posse nunc dispensare Episcopum cum injusto etiam occulto homicida (quo nomine venit etiam mandans & consulens, *Tol. Garc. Leur. n. 4.*) nequidem ad Ordines minores aut Beneficia simplex docent *Gutt. Sayr. Garc. & alii cum Leur. contra Henriq. & Zerol.* verba enim *Trid.* clarè excipiunt homicidium voluntarium etiam occultum. Et quamvis *Nav. Henriq. Sayr. Mol. Apil. Rodr.* putent Episcopum dispensare posse in homicidio casuali etiam non occulto saltem ad Ordines minores jam susceptos vel Beneficium simplex, eò quòd putent *Trid.* circa hoc nihil immutasse, tamen adhuc contradicunt *Tol. Ugol. Garc. Leur. n. 5.* quia *Trid.* dicit: & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum.

481.

DUBIUM IV.

Quæ sint irregularitates ex delicto.

- » **R**esp. I. Est, ob iteratum Baptismum seriò & scienter: estque irregularis tam rebaptizans, quàm rebaptizatus, etsi in rebaptizante irregularitas tantum fit partialis, ne Clericus ad altiorem Ordinem possit ascendere, neque incurrat, si rebaptizatio fit occulta, *Cov. Tol. M. Leo, p. 5. f. 358. v. Bon. d. 7. q. 3. p. 3. Laym. l. 1. t. 5. p. 5. cap. 2.*
- » II. Ex violatione censuræ, v. g. si eà innodatus, actum aliquè Ordinis solenniter exercent, nisi invincibilis ignorantia excuset. *Laym. c. 3.*
- » III. Ob peccatum, quo Clericus seriò & scienter actum Ordinis sacri, quem non habet, solenniter exercent. *Bon. l. c. p. 6. Laym. l. c.*

IV.

IV. Ob delictum, quo quis malè suscepit Ordines, v.g. in excommunicatione, suspensione, vel ab Episcopo non habente jurisdictionem, vel per saltum, (licèt hunc suspensum tantum esse, quamdiu non ministrat in Ordine per saltum suscepto, satis probabiliter doceat *Avila, Nav. Bon.*) vel ante legitimam ætatem, vel sine dimissoriis, vel furtivè, (Episcopo nesciente, nec approbante) & non examinatus. *v. Bon. p. 4.*

V. Propter enormia crimina, si sint notoria & publica, v.g. quæ à jure habent annexam infamiam, ut adulterium, raptus, incestus, perjurium in judicio.

VI. Oritur ex injusta mutilatione vel homicidio, etiam indirectè tantum voluntario, extenditurque ad omnes, qui ad alterutrum, sive in bello injusto, sive extra illud, injustè concurrunt, consulendo, mandando. Mutilatio autem hìc intelligitur, quando à corpore separatur membrum aliquod principale, id est, pars corporis, quæ officium per se distinctum habet, v.g. pes, manus, oculus, auris, &c. *M. Leo, in praxi p. 3. f. 347. ex Cov. Nav. de Cens. n. 206. v. Bon. p. 8. Unde resolves,*

I. Non fit irregularis, qui in rixa præscindit alteri digitum, pollicem, ungues, dentes, barbam, capillos, labia, nasum, auriculam, (id est, cartilaginem, quæ tantum deservit ad ornatum & tutelam auris) quia non sunt propriè membra, v.g. digitus est pars tantum & officium membri, *Avila & alii 8. cum Dian. p. 4. t. 4. R. 26. Item M. Leo l. c. ex Glossa cap. ult. de hom. in 6. & L. queritur herem. 10. l. Non sunt 14. §. Partus ff. de statu hom.*

II. Nec fit irregularis, qui excæcavit hominem

»nem solo visu privando, non autem oculum
»extrahendo: nec qui debilitat tantum mem-
»brum, & non abscindit, quia non est mutilatio.
»*Dian. R. 26. ex Megal. &c.*

» III. Quando plures (non ex consilio, sed in
»rixa) unum percutiunt, & unus lethale vulnus
»infigit, ex quo moritur; si constet quis hoc fe-
»cerit, hunc solum fieri irregularem docet *Sayr.*
»& alii 5. cum *Dian. p. 2. t. 15. R. 18. contra Avilam,*
»*Suar. &c.*

» IV. Qui infirmo bonâ fide dat aliquid, v.g.
»cibum vel potum; vel eum movet, vel de lecto
»in lectum transfert, aut aliud circa eum ope-
»ratur, ex quo mors vel ejus acceleratio præter
»intentionem sequatur, non fit irregularis, nisi
»inter venerit lata culpa, *Avila, Fill. & alii 4. cum*
»*Dian. p. 5. t. 3. R. 17. ubi ex Bonactm. &c.* Notat, Sa-
»cerdotibus & Religiosis circa moribundos lice-
»re eadem, quæ laicis.

» V. Qui amicum bono animo comitatur, ne
»periclitetur in rixa, non fit irregularis, etsi ami-
»cus occidat alium, *Avila, Henr. &c.* cum *Dia. p. 4.*
»*t. 2. R. 17.* Limitat autem *Præp.* nisi suâ præsentia
»animaverit ad occidendum.

» VI. In bello iniusto, si vel unus occidatur, to-
»tus exercitus fit irregularis, saltem si aliquâ ra-
»tione sit cooperatus, *Bon. q. 4. part. 4. n. 3.*

» VII. Irregularis fit, qui procurat abortum
»fœtûs animati animâ rationali; secus, si anima-
»tus non sit, *C. Majores 32. q. 2. Bon. p. 8. num. 27.*
»*Kon. &c.*

» VIII. Qui dans operam rei licitæ (imò se-
»cundum multos, etiam illicitæ) sufficientem
»diligentiam adhibuit, ne ex ea homicidium se-
»queretur, & tamen secutum est, non fit irregu-
»laris,

laris;
dicta
Bon.
quod
etiam
Panor
IX
cessan
incul
tatem
M. Le

Q
ignora
gant
32. n
tenti
67. L
quia
xam
ergo
cum
5. tr.
1. cri
tas n
dicin
ciam
ralis
arce
Cane
guin
guin

laris, ob defectum voluntarii : secus tamen, si
dictam diligentiam omisit, omissione mortali.
Bon. p. 7. Less. l. 2. c. 9. d. 15. &c. Alii tamen dicunt,
quod dans operam rei illicitæ, ex quavis culpa,
etiam levissima, incurrat hanc irregularitatem,
Panorm. Covar. M. Leo, p. 3. f. 354.

IX. Qui alterum mutilat vel occidit ad ne-
cessariam sui defensionem, cum moderamine
in culpa & tutelæ, non incurrit hanc irregulari-
tatem, quia hic nulla est culpa, ergo nec pœna,
M. Leo, f. 349.

A D D E N D A.

Quest. 61. An irregularitas ex delicto incurratur 482.
ab illo, qui committit delictum, sed invincibiliter
ignorat irregularitatem esse annexam tali delicto. R. Ne-
gant Abb. Nav. Regm. Portel. Sanch. De Matr. l. 9. d.
32. n. 17. & 21. Schiara l. 4. diff. 32. quorum sen-
tentiam Castrop. d. 6. p. 6. n. 3. Dian. p. 3. t. 5. R.
67. Dicast. d. 7. n. 91. agnoscunt esse probabilem,
quia, qui nescit censuram esse delicto suo anne-
xam, non incurrit illam secundum dicta n. 95.
ergo similiter hic. Oppositum est probabilius
cum plurimis, inter quos Felin. Suar. Az. Wex. p.
5. tr. 2. contr. 5. & certum esse dicit Carden. in
1. crisi d. 75. n. 37. Ratio est 1. quia irregulari-
tas non est propriè pœna, aut saltem non est me-
dicinalis, requirens scientiam vel contuma-
ciam, uti censuræ, sed est quædam macula mo-
ralis & inhabilitas annexa à Jure, propter quam
arceatur aliquis ab altaris ministerio, sic enim
Canones dicunt indecens esse, ut qui fudit san-
guinem humanum per homicidium, offerat san-
guinem Christi per Sacrificium, ad quam inde-
cen-

centiam peraccidens se habet, quod sciat vel ignoret irregularitatem esse annexam. 2. Impedimenta Matrimonii Jure statuta v. g. affinitas ex copula illicita, impedimentum uxoricidii &c. incurruntur etiam ab eo, qui ignorat esse annexa tali crimini, quia sunt inhabilitates, licet habeant aliquam rationem poenae, uti dictum est l. 6. p. 3. n. 642. ergo similiter hic.

483. Q. 62. Quid praeterea addendum sit circa irregularitates ex delicto. R. §. 1. Si quis alium, quem scit esse baptizatum, rebaptizet sub conditione, si non sit baptizatus, non fit irregularis, quamvis peccet graviter, quia cum apponat conditionem illam, reipsa non vult reiterare Baptismum, Nav. Suar. Cón. Bonac. Castrop. d. 6. p. 16. n. 6. Dicast. d. 7. n. 411. contra Sar. Sayr. & alios. Multa alia dubia habet ibidem Dicast. circa hanc Baptismi iterationem; notat autem n. 429. Episcopum posse dispensare in hac irregularitate, dummodo alteruter Baptismus sit occultus, hoc ipso enim, quod unus illorum Baptismorum ignoretur, etiam ignoratur rebaptizatio.

484. §. 2. Qui iterat Confirmationem vel Ordinem, non ideo fit irregularis, quia Jura dicunt id tantum de iteratione Baptismi, Covarr. Suar. Cón. Castrop. n. 13. Dicast. n. 426. contra Nav. Major. & alios.

485. §. 3. An laicus fiat irregularis, si extra necessitatem baptizet aliquem solenniter, aut si attentet aliquem sacramentaliter absolvere, uti irregularis fit Clericus non Sacerdos, disputant Auctores, Suar. Nav. Val. & alii affirmant, sed probabilius negant Hurt. Lugo De poenitentia, d. 18. n. 14. Sporer. De poenitentia n. 657. quia de laico nil habetur in Jure, sed haec omnia dicuntur sub

sub titulo de Clericis, hæc autem pœna, utpote odiosa, non est extendenda ultra id, quod sonat. Si autem non Sacerdos audiat confessionem v.g. moribundi putans se laicum id posse, non incurret irregularitatem, tum propter bonam fidem, tum etiam quia non faciet hoc tanquam ordinatus, uti docent *Hurt. & Tamb.* hîc l. 5. c. 4. n. 5. imò si fingat se Sacerdotem & ex curiositate, levitate vel etiam malitia audiat, sed absque intentione Sacramenti administrandi seu sacramentaliter absolvendi, *Sporer* n. 658. dicit adhuc non incurrare.

§. 4. De irregularitate, quæ incurritur ab excommunicato exercente actum Ordinis, dixi n. 456. Putat autem *Less.* in auct. V. *Absolutio* casu 8. quamvis ille, qui pro foro interno absolutus est ab excommunicatione, possit conveniri in foro externo, ac si absolutus non esset, attamen si celebrârit Missam, non posse condemnari tanquam irregularem.

§. 5. *Bald. Covarr. & alii* dicunt; mamillam sceminae hîc non venire nomine membri, sed oppositum tenent *Ugol. Mol. Sayr. Regim.* uti refert *Mendo* diff. 13. n. 167. Qui autem non amputavit membrum, attamen ita debilitavit v. g. manum, ut ad ministerium suum fit inutile, non ideo incurrit irregularitatem, quia necdum est mutilatio, uti præter citatos à *Busenb.* tenent *Covarr. Nav. Majol. Suar. Avila, Sylvius* p. 1. V. *Irregularitas* casu 1. *Sperell.* decis. 77. n. 20. contra *Caj. Sor.* & alios apud *Sperell.* decis. 59. à n. 3. ubi à n. 27. sententiam nostram pluribus firmat. Hinc cum aliis infert n. 37. si quis antehac alicui debilitasset manum, & sic inutilem redditam postea aliâ actione ipsi amputaret, non fore irregularem,

quia cum manus illa antecedenter nullum haberet usum, amputans non diceretur tollere membrum habens operationem distinctam à reliquis membris, ergo nec diceretur mutilare.

488. §. 6. Irregularis est, qui retractavit, confessus & absolutus est à peccato gravis vulnerationis, ex qua mors post absolutionem sequitur, uti dixi l. 1. n. 618. & iterum hìc l. 7. n. 54. ac præter ibi citatos docent *Az. Vasq. Sanch.* in Decal. l. 1. c. 16. n. 47. An talis incurrat censuram, dixi n. 54. Dixi etiam hìc n. 53. incurri irregularitatem, si læsus propter vulnus etiam non lethale accedente alia causa accidentali moriatur, quia hæc irregularitas imposita est danti causam vel occasionem homicidio.

489. §. 7. Qui præbet arma alteri ex intentione, ut alterum occidat vel mutilet, effectu secuto certum est esse irregularem, si autem præbet prævidens tantum, aut prudenter timens ne hoc fiat, *Leand.* putat probabile esse, quod non ideo sit irregularis, quia videtur tantum remotè concurrere per aliquid planè indifferens: & favent multi apud *Mendo* diff. 13. q. 12. sed oppositum tenent *Tolet. Henriq. Az. Côn. Suar. Avil. Bonac. Castrop. Sayr. Mendo, Dian.* p. 4. tr. 2. R. 11. quia talis moraliter cooperatur isti actioni saltem indirectè, quod sufficit, ut ei imputetur, cum facile posset & teneretur impedire, uti pluribus explicatum est l. 2. à n. 255. & colligitur pro nostro casu ex Cap. *Sicut dignum*, §. *Illi etiam*, De homicidio, ubi dicitur, qui potuit hominem liberare à morte & non liberavit, eum occidit. *Confirmatur*, si enim quis det operam rei illicitæ, ex qua sequatur mors, quamvis hanc non intendat, sed casualiter sequatur, incurrit irregularitatem,

tatem, uti habet communissima cum *Mendo* n. 162. & *De Luca* in miscell. eccles. disc. 20. n. 6. quod verum est, uti limitant *Covarr. Zoës. Barb.* & alii apud *Wex* in append. ad p. 4. Dec. 4. à n. 9. si saltem actio de se illicita, erat periculosa & prohibita ratione homicidii: atqui sic præbens arma illicitè agit & peccat mortaliter, quia sic concurrat ad occisionem uti dixi l. 2. n. 265. ergo.

§. 8. Si quis tantum negligat impedire homicidium vel mortem alienam, si per hoc graviter peccet tantum contra charitatem, multi putant incurrere irregularitatem, quia qui tenetur liberare à morte & non liberat, censetur moraliter occidere, & tantumdem est quoad effectum mortis, sive fuerit obligatio justitiæ sive solius charitatis, Canon enim *Sicut dignum* non distinguit. E contra *S. Anton. Innoc. Toraq. Vasq. Turr. Hurt.* & alii multi apud *Gorm.* De act. hum. n. 185. quorum sententiam *Dianap.* 4. tr. 2. R. 7. & *Lugo* de just. d. 10. n. 219. vocant probabilem, dicunt non incurrere, quamvis omitteret impedire etiam ex justitia obligatus, quia hoc nulli invenitur expressum in Jure: Et quamvis tali moraliter imputetur homicidium, tamen qui physicè non infert mortem, in rigore non occidit hominem, odiosa autem non sunt extendenda & ideo universaliter docet *Sanch.* in Dec. l. 1. c. 10. n. 44. censuras latas in facientes non extendi ad mandantes & consulentes, nisi Jusaliter declaret, quod fecit de mandante & consulente homicidium, nullibi autem declaratur hoc de non impediente mortem, hinc *Cap. Petrus* De homicidio voluntario declaratur non esse habendum velut homicidam, qui causam vel occasionem non dedit homicidio. Hinc *Tamb.*

490.

Tamb. hic c. 5. à n. 11. & Spor. De Matr. n. 376. putant, quando dicitur causantem homicidium fieri irregularem, intelligi causantem physicè & non moraliter tantum, v. g. per consilium: Sed contradicit communissima, quia sic moraliter concurrens censetur propriè secundum Canones causare mortem & occidere. Et quoad supradictum dubium, *Suar. Tol. Mol. Cón. Regm. Laym. Bonac. Castrop. d. 6. p. 15. §. 7. Beja p. 2. casu 25. Lugo n. 221. Gorm. n. 184.* probabilius dicunt, si tantum tenebatur ex charitate, non incurrere irregularitatem, quia talis gravis pœna externa non imponitur ob transgressionem præcisè charitatis, sed ratione alicujus injuriæ vel saltem cooperationis ad actionem injustam. Quod si etiam ex justitia obligatus non impediat, docent incurrere, nam secundum dicta n. 309. ex justitia obligatus & non impediens percussorem Clerici incurrit excommunicationem, ergo similiter irregularitatem, quia ad utrumque effectum satis est, quod in æstimatione morali censetur velut homicida, si ita obligatus non impediat. Et consequenter, si non impediatis sceminam à te gravidam, quam scis velle procurare abortum, *Silv. Nav. Suar. Sanch.* aliique communiùs dicunt fieri irregularem, quamvis alii negent, quorum sententiam *Dian. p. 3. tr. 1. R. 8. & Lugo n. 222.* vocant probabilem. Item si scias fratrem tuum insidiari vitæ Titii ad vindicandam gravem injuriam tibi illatam, & in hoc consentias, incurris, quia videris positivè cooperari: Si autem tantum scias & merè negativè te habeas, *Vasq. Turr. Hurt. Dian. R. 9.* dicunt te non incurrere, quod *Lugo n. 223.* dicit probabile, sed ex dictis probabilis est oppositum.

§. 9. Qui occidit adulterum deprehensum 491.
cum uxore, filia, matre, sorore, secundum *Fagund.* apud *Mendo* diff. 3. n. 27. non incurrit irregularitatem, sicuti certum est ex dictis n. 307. non incurrere excommunicationem latam in eos, qui violentas manus injiciunt Clerico, quamvis hic adulter esset Clericus, videtur enim Ecclesia excusare ab utraque illa poena ob tantum & tam justum dolorem, qui merito censetur plenam deliberationem impedire in tali occidente.

An ordinatus simoniaco fit irregularis dixi l. 3. p. 1. n. 218. An Clericus si interfit executioni poenae mortis peccet & incurrat irregularitatem, dixi l. 4. n. 1379. An personaliter interdictus vel in loco interdicto exercens actum Ordinis fiat irregularis, dixi hic n. 422. possuntque plura de hoc videri apud *Dicast.* d. 5. à n. 235.

Q. 63. Quid ad hunc casum sit dicendum: Titius 492.
sclopetum solo pulvere onustum per jocum exonerat in faciem Caji, hic ita percellitur ut videatur moriturus, supervivit tamen dies 14. & iterum ambulat, victurusque videtur diutius, si Doctor eum non neglexerit, qui quia neglexit, moritur Cajus. Queritur An Titius incurrerit irregularitatem. R. affirmant multi 1. quia Cap. *Continebatur*, De homicidio Diaconus declaratur irregularis, qui in lusu praeter opinionem alium occiderat. 2. Etiam Cap. *Clerico jacente*, Cap. *Eos vero qui*. Dist. 50. dicitur, quod irregularitas incurratur ob casuale homicidium. 3. Titius dedit occasionem & causam mortis, ergo incurrit irregularitatem. E contra *Burgh.* cent. 3. casu 95. melius negat incurrisse, quia quando Jura imponunt irregularitatem talibus homicidiis
casua-

casualibus, præsumunt gravem culpam præcessisse, qualis hîc non fuit, si enim non ad sit culpa gravis, *Nav. Valent. Henriq. Avila, Suar. & alii cum Sanch. De Matr. l. 9. d. 32. n. 34.* rectè docent non incurri irregularitatem per casuale homicidium, quia cum irregularitas sit veluti pœna gravis, talem quoque culpam supponit: deinde *Sobr. Cajet. Sor. Less. Suar. & alii ex Cap. Studeas dist. 50.* requirunt, ut læsio sit gravis, alioqui putant non posse dici causam vel occasionem proximam mortis, quod videtur requiri, læsio autem illa non censetur lethalis, si læsus post triduum à vulnere accepto pedibus ambulaverit, uti cum aliis docet *Avila*, atqui ex his facilè responderetur ad argumenta in oppositum, Jura enim illa præsumebant culpam gravem, quam hîc non intervenisse satis certum est.

DUBIUM V.

493.

Quæ Irregularitates ex defectu.

» **R** Esp. I. Est ex defectu animæ: Ex quo irregulares sunt, 1. Amentes, phrenetici, arreptitii, & epileptici; qui tamen si ordinati sunt, & intra annum eo morbo non laborârunt, præsumuntur liberati & permittuntur ad Ordinum exercitium: Si verò laborent rarò, & quidem sine clamore & spuma, permittuntur celebrare cum Coadjutore, qui deficientibus ipsis suppleat sacrificium, *M. Leo, p. 372. ex C. Illud 7. q. 1. & Glossa ibid. 2.* Illiterati, qui non habent doctrinam necessariam pro Ordinibus. 3. Neophyti seu recenter conversi, usque dum judicio Episcopi sufficienter instructi sint.

» II. Ex defectu corporis, 1. Si propter eum ineptus est ad exercitium Ordinis, ut si sit cœcus, surdus

surdus, claudus, ita ut sine baculo nequeat ire
ad Altare. Item si careat manu, pollice, indice,
oculo, (non tamen si unguâ pollicis vel indi-
cis, vel oculo dextero tantum) si verò sinistro,
seu Canonico, aut ejus vi visivâ careat, indiget
dispensatione: quod tamen negat *Valentia, Hen-
riq. Sayr.*, si quidem dextero possit absque de-
formitate legere Canonem. 2. Si Ordinem ne-
quit exercere sine horrore, offensione aut scan-
dalo aliorum, ut si careat auribus, naso, si no-
tabiliter sit gibbosus, leprosus, paralyticus; si
membra habeat superflua cum magna defor-
mitate: in dubio verò, an deformitas sit suffi-
ciens, Episcopi est judicare; saltem in Clericis:
nam in Regularibus id spectare ad eorum Præ-
latum, contra *Barbos. &c.* docet *Suar. & alii* 5.
cum *Dian. p. 4. t. 2. R. 73.* licet concedant E-
piscopum posse rejicere arbitrium Prælati:
hunc autem, si gaudeat auctoritate quasi Epi-
scopali, posse in illa irregularitate dispensare,
nisi deformitas sit tanta, ut scandalum generet,
ib. ex Rodr. & alii 4. v. *Bon. Laym. M. Leo* p. 3. f. 370.

Unde resolves:

I. Non videtur irregularis, 1. qui habet 6.
digitos, vel aliquos conjunctos, si non sit ma-
gna deformitas, & Ordinem exercere possit. 2.
Qui habet in oculo maculam, visum non afe-
rentem, nec notabiliter deformantem. 3. Qui
caret unguâ pollicis, si possit hostiam elevare
& frangere. 4. Qui per vim aut infirmitatem fa-
ctus est eunuchus.

II. Irregularis est hermaphroditus, quia est
monstruosus: Gigas, pygmæus; athiops: non ta-
men inter suos, sed alienos, ubi disparitas ludi-
brio est.

, III.

III. Ex defectu natalium. Ex quo irregulares sunt omnes illegitimi, eò quòd ratione originis reputentur viles. Tales autem communi jure legitimantur, 1. Per subsequens Matrimonium inter eorum parentes, modò hi tempore conceptionis potuerint validè contrahere. 2. Per professionem religiosam; quamvis ad dignitates etiam in religione, v. g. Abbatiam, Prioratum, &c. promoveri non possint, sine dispensatione. *V. supra d. 3. 3. Per dispensationem Pontificiam.* Principes verò sæculares non possunt legitimare, nisi tantùm in ordine ad officia sæcularia & hæreditates. Porro cum dubium est an quis sit legitimus, non censeri irregularem, contra *Vasqu. & alios 5. vult Dian. p. 4. t. 2. R. 59. ex Avila*, eò quòd quilibet præsumatur legitimus, donec contrarium probetur: neque teneri hac in re credere ipsimet matri, etiam in fine vitæ, nisi rationibus convincat, vel pater etiam asserat, *ib. ex communi.*

IV. Est ex defectu ætatis, de quo *v. in Sacramento Ordinis.*

V. Ex defectu Sacramenti, sive significationis Matrimonii, ratione bigamiæ, eò quòd bigamus non perfectè repræsentet unionem Christi cum Ecclesia, quippe qui carnem suam dividit in plures uxores. Non sufficiunt autem ad hanc bigamiam sponsalia cum pluribus, etiam secutâ copulâ; nec fornicatio, vel adulterium, vel Matrimonium ratum cum pluribus; sed Matrimonium verum, vel præsumptum, cum duabus, & consummatum. *Dixi, vel præsumptum*: quia licèt quandoque secundum Matrimonium sit nullum, juris tamen fictione & interpretatione præsumitur bigamia, licèt impro-

proprie dicta : Unde sequitur , irregulares fieri
sequentibus casibus.

I. Qui vivente, vel mortuâ primâ uxore co-
gnitâ, secundam cognoscit, etsi Matrimonium
fit invalidum.

II. Qui viduam non virginem ducit, & co-
gnoscit.

III. Qui ducit uxorem prius ab alio corru-
ptam, etiam per fornicationem, & cognoscit ;
non tamen si ipse eam antè corrupit, quia tunc
non est divisio carnis in plures.

IV. Qui propriam uxorem cognoscit, post-
quam ab alio per adulterium cognita fuit, quia
ipsa jam divisit carnem in plures. Nec refert,
etsi per vim vitiata fuit, vel vi corruptam, aut
viduam esse ignoraverit, quia hæc irregularitas
non oritur ex culpa, sed ex defectu significatio-
nis Sacramenti.

V. Qui post solenne votum castitatis de sa-
cto Matrimonium contrahit, & consummat,
etiam cum virgine, quia interpretatione juris
censetur duo Matrimonia contraxisse, unum
spirituale cum Christo, alterum carnale cum
muliere. Nec refert, quòd invalidè contrahat,
quia quantum est in ipso, effectus à parte rei po-
nitur.

VI. Oritur ex infamia, sive Juris (quæ vel
ex delicto proprio, vel parentum, vel vili con-
ditione personæ nascitur) sive facti, modò cri-
men publicum sit ; ex occulto enim non oritur,
si homicidium & censuræ violationem excipi-
as, ut docet. Nav. Kon. Lay. contra Sylv. & Suar. ,
Qui ex occulto etiam oriri putant, modo infa-
miam ipso Jure connexam habeat. Porrò infa-
mia ob crimen notorium, vel per sententiam

»judicis contracta, non tollitur, nisi per dispensationem Principis, cuius auctoritate contracta fuit. Infamia facti, etiam orta ex enormi crimine, & digno depositione, tollitur per publicam & constantem vitæ emendationem.

» VII. Oritur ex defectu libertatis: Unde irregulares sunt, 1. Omnes servi propriè dicti (& secundùm *Lay. l. 2. t. 1. c. 8.* etiam originarii) donec consequantur plenam libertatem. 2. Coniugati, nisi uxores consentiant, & castitatem voveant. 3. Curiales, id est, curiæ saculari obligati, facto juramento vel stipendio, ut Judices, Advocati, &c. Quamdiu talia officia habent. Excipe tamen, nisi habeant specialem dispensationem Papæ pro illis officiis, uti quidam Clerici in aulis Principum, in causis civilibus, non tamen criminalibus, occupati, vel nisi consuetudo, sciente Papâ, id permittat. 4. Milites, saltem quamdiu juramento tenentur; Item thesaurarii & depositarii publici, & qui Rempub. administrant. Item apparitores & similes, qui sæva, turpia exercuerunt, vel in causa sanguinis ministrarunt, *M. Leo, p. 3. f. 369.*

» VIII. Ex defectu lenitatis, scilicet ex licita mutilatione, vel homicidio in bello iusto, vel iudicio. Quod ideo statuit Ecclesia, quia Sacerdos gerit personam Christi, qui, utpote lenissimus, neminem unquam læsit: Ad hanc autem requiritur, ut occisio aut mutilatio defacto sequatur: Unde non sufficit voluntas, nec vulneratio gravis, *Bon. d. 7. q. 4. Tann. d. 6. q. 10. dub. 11. Unde resolves,*

» I. Non fit irregularis, qui mutilat vel occidit in defensionem inculpata[m] honoris, vitæ, castitatis, &c. vel etiam proximi: quia in iure non statui-

statuitur irregularitas, nisi ob homicidium in bello iusto, vel iudicio, *Tamm. l. c.*

II. Irregularis fit in bello, qui mutilat vel occidit propriâ manu; non autem Clericus exhortans ad fortiter pugnandum in bello iusto, (secus tamen si ad occidendum hunc vel illum in particulari.) Idem est de Duce exercitûs, tubicine, &c. *Bon. p. 4.*

III. In iudicio iusto irregulares fiunt, qui ad mortem vel mutilationem cooperantur activè, & efficaciter, & proximè, per actionem ex natura sua ad id ordinatam. Dicitur I. *Cooperantur* ut Iudex ferens sententiam, Notarius eam scribens, ministri exequentes, testes, &c. Dicitur II. *Activè*, id est, ex parte occidentium; quia non fit irregularis, qui se tantum habet passivè; & ex parte ejus qui occiditur, ut Confessarius hortans ad fatendam veritatem, vel acquiescendum sententiæ justæ, quam non potest differre nisi appellatione injustâ, *Cornel. & Dia. p. 4. t. 2. R. 99.* Dicitur III. *Efficaciter*, quia adjuvans v.g. ferens ligna, ut comburatur ante jam suffocatus, non fit irregularis; nec assistens supplicio, si suâ præsentia in illud non influat. Dicitur IV. *Proximè*: quia qui remotè tantum cooperantur, non fiunt irregulares, ut qui gladios faciunt aut vendunt; item legislator leges capitales condens: concionator in genere dicens, puniendos esse malefactores: Confessarius interrogatus de reo, an mortem mereatur, si respondeat, iudicem sine acceptione personarum fungi debere suo munere: quia hi omnes sunt tantum causa remota. Essent autem proxima, ideoque irregulares, si quid facerent aut dicerent in particulari, ex quo mors alicujus sequeretur,

»tur, aut etiam acceleraretur; v. g. si quis effica-
»citer urgeret reum, ut scalam ascenderet, vel
»ad hoc illum iuvaret, vel si iudici in particula-
»ri responderet, hunc esse plectendum.

» Possunt tamen subinde etiam proximè coo-
»perantes excusari ab irregularitate, v. g. 1. si
» fiat ex indeliberatione, aut cum semiplena tan-
»tùm advertentia, v. g. si dicat Confessarius, pro-
»peremus, aut instiget jumentum, quo reus ve-
»hitur. 2. Si cooperatio sit valde exigua, ut si ju-
»beat reum adhuc unum gradum ascendere:
»quia minimum reputatur pro nihilo, *Avila &*
»*Henriq. apud Bon. q. 4. p. 1. n. 9. Item Suar. Regim.*
»*Lay. &c. Contra Vasq. Turrian. Hurtad. Bauny, &c.*
» Qui consent ex homicidio neminem fieri ir-
»regularem, nisi concurrat ut publicus minister
»justitiæ, sive ad causæ probationem, sive exe-
»cutionem; vel ut privatus injustè & cum pec-
»cato. Quam sententiam probabilem censet
»*Dian. p. 3. t. 4. R. 79. & in addit. R. 15. & p. 8. t. 7.*
»*R. 61.*

» Hinc negant fieri irregularem, 1. Confessa-
»rium vel alium quemcunque, qui furem hor-
»tatur, ut scalam ascendat, caput supponat ad
»jectum excipiendum. 2. Eum, qui carnifici di-
»cit, ut aliquid aptet, quò citius extinguatur
»reus. 3. Qui dum reus ad supplicium ducitur,
»suggerit viam breviorē. 4. Qui vendit vel
»commodat scalam, funes, enses, & cætera in-
»strumenta; etiam qui furcam fecit. 5. Qui in-
»terrogatus à iudice, an teneatur reum condem-
»nare, respondit, teneri. 6. Eum, qui carnifici pu-
»tanti suspensū jam esse mortuū, significavit ad-
»huc vivere, ex quo calcans iterū pede occidit.
» Dicitur V. per actionem ex natura sua, &c. id est,
quæ

quæ per se fit causa talis effectus, quia effectus
per accidens non imputatur danti operam rei
licitæ: Hinc non fit irregularis, dicens carnifici;
nemo te impedit facere tuum officium, ego
meum feci: nec Judices Ecclesiastici, degrada-
tum tradentes brachio seculari, nec Clerici ac-
cusantes aliquem in causa criminali, modò ex-
pressè protestentur, se non intendere ut punia-
tur poenâ sanguinis, sed tantùm ut sibi vel suis
satisfiat, vel impediatur mala sibi aut aliis im-
minuentia. Vide Bon. q. 4. Tan. l. c. 5c.

A D D E N D A.

Quest. 64. Quid præterea sit notandum circa de- 494.
fectus animæ. 2. §. 1. Qui semel deliravit
ex causa de se habituali & permanente,
etiam si nunc probetur perfectè sanatus, est irre-
gularis in ordine ad Ordines suscipiendos, po-
test tamen in Ordine antecederent suscepto mi-
nistrare, *Suar. Bon. Letur. p. 1. q. 232. Dixi ex causa*
de se habituali, nam qui deliravit ex morbo vel
ira, non est irregularis, uti iidem docent cum
Mench. l. 6. præsump. 45. n. 62.

§. 2. Epilepticus, qui aliquando habuit mor- 495.
bum caducum, per se loquendo est in perpetuum
inhabilis ad Ordines suscipiendos, uti cum com-
muni *Bonac. De Irreg. q. 2. p. 2. n. 22.* attamen,
quia multa relinquuntur arbitrio Episcoporum,
habet praxis in his partibus, ut eum admittant
ad Ordines, qui per biennium liber fuit, quia
tum creditur superâsse malum per naturam.
Quod si per septem annos liber fuerit, putavit
vir Eximius à me interrogatus posse etiam non
admonito, ac sine declaratione Episcopi Ordi-
nes

nes suscipere, quia cum singulis septenniis natura quasi immutetur & statum resumat, si adhuc superfuisset materia critica, causasset interea aliquem accessum. Si ordinatus sit, quamvis non omnino sit liber, tamen si raro cadat nec spumet, privatim poterit celebrare adjuncto socio Sacerdote, qui Missam perficiat; si forte morbo corriperetur, Cap. *Illud* 15. & seq. causâ 7. q. 1. *Nov. Laym. Pirrhing.* l. 1. tit. 20. n. 14. tempus autem, quod datur tali ordinato ad explorandum an convaluerit, est spatium unius anni five aliud pro arbitrio Episcopi spectatis circumstantiis.

496. §. 3. Qui aliquando fuit energumenus seu à dæmone obsessus, est irregularis ad Ordines suscipiendos, Cap. *Maritum*, dist. 33. *Suar. Leuen.* p. 1. q. 235. Sed non facile aliquis iudicandus est obsessus, nisi manifestis signis certò constet inquit *Less.* in auct. v. *Ordines sacri* cas. 7. Potest. que etiam talis in susceptis Ordinibus ministrare, si liber sit, quod per annum vel tempus aliud ad arbitrium Superioris probare debet, *Suar.*

497. *Leuen.*

§. 4. *Suar. de cens. d. 51. f. 1. n. 8. Ugol. de irreg. c. 3. Gonz. ad Reg. 8. gl. 4. n. 41.* dicunt carentem scientiâ à Jure requisita esse irregularem, sed negant *Garc. p. 7. c. 7. n. 10. Sayr. de cens. l. 6. c. 13. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 60. n. 8.*

498. §. 5. Si in hermaphrodito, qui prævalente sexu virili per dispensationem ordinatus est, postea prævaleat sexus mulieris, remanet quidem in eo character, attamen fit iterum irregularis, imò non potest amplius validè consecrare vel absolvere, quia non est amplius masculus, cui soli ex voluntate Christi competit potestas sacerdotalis, *Lugo in Resp. mor. l. 1. dub. 31. ubi pari-*

pariformiter docet, si talis esset in Religione professus vel nupsisset viro, & postea praevaleret sexus virilis, hoc ipso annullandam professionem & Matrimonium.

Q. 65. Quid addendum sit circa defectus corporis. 499.

§. 1. An ille qui ob vitium corporis inhabilis est ad Presbyterium, etiam sit inhabilis ad inferiores Ordines & Clericatum suscipiendum; & quid dicendum sit, si Clericatum habenti superveniat inhabilitas ad exercitium unius sed non alterius Ordinis, dixi l. 4. n. 780. 783. & l. 6. p. 2. n. 2221.

§. 2. Qui habet utrumque oculum integrum, sed nihil videt sinistro, dummodo dexter oculus eam vi videndi polleat, ut commodè possit illo omnia legere sine indecora faciei conversione ad populum, non est irregularis, ut autem hoc commodius possit, potest Missale tantò magis ad medium attrahi, uti præter citatos à *Busenb.* tenent *Nuv. Avila, Mol. Suar. Vasq. Sa, Dian. p. 4. tr. 2. R. 73. & p. 5. tr. 6. R. 22. Dicast. d. 7. n. 173. Pirrhing. l. 1. tit. 20. n. 6. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 7. n. 2. addens n. 6. veluti pro certa regula cum *Avila, Tol. Soc. &* aliis, quamvis aliquis defectum habeat, si tamen neque notabilem deformitatem contineat, ita ut scandalum in celebratione non causet, neque exercitium celebrationis impediatur, non facere irregularem; Unde si re ipsa erutus esset unus oculus, & alius v. g. vitreus ita artificiosè esset impositus, ut vix adverti posset, docet *Sylvius p. 1. v. Irregularitas cas. 4.* talem non fore irregularem, quia quando in Jure dicitur, quod qui amisit oculum sit irregularis, causa est, uti communiter explicant Auctores, quia in hoc est deformitas, ergo si nulla ad-*

501. fit deformitas, non sequetur inde irregularitas,
 §. 3. Si quis habeat pollicem & indicem,
 & tantum careat aliquid aliò digito, cujus defe-
 ctu non impediatur, quominus hostiam
 frangere & securè eam tractare possit, iudicatum
 est Colonia non esse irregularem, uti nec eum,
 qui amisit primum tantum articulum finistri
 pollicis.
502. §. 4. Dubium est an & quando surdaster fit
 irregularis, si non fit simpliciter surdus, nam sur-
 dus secundum Calepinum & commune omni-
 um iudicium dicitur, qui sensu auditus est spo-
 liatus: surdaster, qui non planè surdus est sed
 graviter audiens, vel alterà tantum aure surdus
 est: Esse irregularem docet *Corniculus*, quia est
 corpore vitiatus: sed probabiliùs contradicunt
Sayr. Bonac. Regin. Majolus, Graff. quos adductis
 locis sequitur *Diana* p. 2. tr. 17. & 3. *Miscel. R.*
 20. Accedunt *Suar. De cens. d. 51. f. 2. n. 13. Fill. tr.*
 19. n. 169. *Tamb. De cens. l. 10. tr. 4. c. 8. §. 1.*
Basseus, quia non omne vitium corporis causat
 irregularitatem, sed si simul afferat deformati-
 tem externam, vel impediatur usum Ordinis. Imò
Henriq. l. 14. c. 8. n. 3. Præpos. De irreg. q. 5. d. 14.
n. 113. & Nap. cum Gob. tr. 8. n. 682. dicunt ne-
 quidem surdum esse irregularem, tum, quia id
 nullo Jure videtur esse expressum, tum etiam,
 quia potest quis celebrare sine ministro, vel ex
 aliis signis percipere ejus responsiones esse fini-
 tas: sed in hoc meliùs contradicunt alii cum *Rè-
 gin. l. 30. c. 5. n. 50. Castorp. p. 11. n. 3. Dicast. n.*
170. 186. nam ita asseritur *Cap. 77. Apostol. &*
ratio est, quia nequit decenter exercere suum
Ordinem, facilè enim excitaret risum in popu-
 lo,

lo, dum vel aliquid extra tempus faceret, vel facere omitteret in tempore.

§. 5. Balbutientem ordinari posse dixi l. 6. p. 503. 2. n. 2222.

§. 6. Claudum non esse irregularem, si absque baculo & pede ligneo ad altare accedere, stare, & Ordinum functiones obire possit, quamvis unum crus sit brevius altero, ita Coloniae 2. Martii 1667. resolverunt 4. Doctores Theologiae ex Cap. *Si quis infirmitate* Dist. 55. Cap. *Nullus Episcopus* de consecr. Dist. 1. junctis Gloss. & habent Nav. c. 27. n. 199. Henric. l. 4. c. 8. n. 1. Mol. tr. 3. d. 70. n. 9. Castrop. tr. 29. d. 5. p. 11. n. 3. & consentit Laym. additâ tamen limitatione, nisi sit nimia deformitas.

Q. 65. *Quid addendum sit circa defectum natalium.* R. §. 1. Illegitimi omnes siue sint naturales siue spurii sunt irregulares ad quodvis Beneficium. vide dicta l. 4. à n. 750.

§. 2. Natus ex conjugata praesumitur filius mariti, etiam si constet, quod sub tempore conceptionis mater cum adultero habuerit copulam, si etiam marito patuit aditus ad conjugem. Nec tenetur talis filius credere matri etiam juranti eum esse ex adultero, tum quia mater ipsa rescire non potest, tum quia revelat propriam turpitudinem, ideoque non meretur fidem: unde etiam talis filius potest se habere tanquam legitimum quoad omnia & non irregularem. Haec omnia latè probant adductis legibus, Auctoribus & rationibus Sperell. Decis. 173. 174. 175. & Pignat. tom. 7. conf. 40. & tom. 9. conf. 153.

§. 3. Proles nata è conjugibus obligatis voto castitatis, non est illegitima nec irregularis, quia L. *Filium* 6. ff. *De iis qui sunt sui vel alieni juris*, dicitur

PPP 5 tur

tur eos esse legitimos, qui concipiuntur à parentibus vero Matrimonio junctis, *Sanch. De Matr. l. 9. d. 38. n. 3.* Si alteruter conjux bimestri ante consummatum Matrimonium professus esset in Religione, proles esset spuria, quia esset nata soluto Matrimonio ex illis, qui tum non poterant validè contrahere, *Sanch. n. 4. & dixi l. 4. n. 752.* Si unus altero invito post consummatum Matrimonium esset professus in Religione proles esset legitima, quia professio esset irrita, *Sanch. n. 5.* Si post sacros Ordines à viro susceptos, aut post professionem religiosam consummato antea Matrimonio, proles esset simpliciter legitima, quia nata in vero Matrimonio, attamen secundum quid illegitima & irregularis per *Cap. Litteras De filiis presbyt. Sanch. n. 7. & dixi l. 4. n. 752.*

508. §. 4. Judæi & infideles conversi non ideo sunt irregulares, quia sic nati, nam Apostoli ipsi fuerunt tales. Aliud est, si relaberentur in infidelitatem, *De Luca in Miscell. eccles. disc. 34.*

509. §. 5. Exposititios esse censendos illegitimos & irregulares docent *Majol. Alciat. Vasq. Tolet. Sayr. Vgol.* alique multi, quos citat & sequitur *Pignat. tom. 7. conf. 34.* quia qui exponuntur sunt communiter illegitimi, res autem judicanda est secundum communiter contingentia. Plura de exposititiis dicta vide *l. 4. n. 766.*

510. Q. 67. *Quid addendum sit circa defectum ætatis.*
R. §. 1. Quæ ætas requiratur ad tonsuram & singulos Ordines dictum est *l. 6. p. 2. n. 2214.* Unde antem ea ætas inchoetur, quomodo completa esse debeat, an ordinatus bonâ aut malâ fide ante ætatem post obtentam ætatem dispensari debeat ad exercitium Ordinis, quis in ætate dispens-

dispensare possit, aliâque plura dixi l. 6. p. 2. à n. 2306.

§. 2. Huc pertinet solutio sequentis casus : 511.

Titius ordinatus est Sacerdotio tribus mensibus ante annum 24. completum, credens 1. id non fore graviter illicitum. 2. Episcopum dispensaturum, si sciret. 3. posse computari tempus conceptionis suæ. 4. se posse ordinari, dummodo pro legendis primitiis exspectaret tempus 24. annorum completorum. *Quæritur* 1. an incurfa sit irregularitas, 2. si incurfa, quis ab ea absolvere possit. 3. an Sacerdos ille, quoties Missam legit, peccarit mortaliter. 4. an si fuerit irregularitas, stante illâ nunc possit fungi officio sacerdotali, usque dum absolutionem obtineat. *Respondeo* ad 1. Præsumi incurfam esse irregularitatem, imò & suspensionem, quia in tali persona non præsumitur ignorantiam tam clari & obvii Juris fuisse invincibilem. *Ad 2.* Ab ea irregularitate & suspensione occulta absolvere possunt Nuntius, Episcopus, Vicarius generalis. *Ad 3.* Affirmativè per se loquendo. *Ad 4.* Non potest, quia saltem suspensus est, & si in suspensione exerceat actum Ordinis sui, peccat & incurrit novam irregularitatem.

Q. 68. Quid addendum sit circa defectum ratione 512.

infamie. *Respondeo* §. 1. Quid sit fama, quid infamia dixi l. 4. n. 786. Irregularitas autem ex infamia reducitur ad irregularitates ex defectu, quia infamia est defectus bonæ famæ, qui sine delicto esse potest.

§. 2. Ad inducendam propriè dictam irre- 513.

gularitatem non sufficit infamia popularis etiam publica, sed requiritur legalis & Canonica, quæ scilicet ex Jure Canonico vel alio per Canones

nes

nes approbato, vel ex sententia Judicis ecclesiastici orta, effectus morales stabiliter inducat, ita ut non per vitæ emendationem, sed per solam Ecclesiæ dispensationem tollatur, uti probat *Suar. d. 48. f. 1. & 2. hinc l. 6. p. 3. n. 876. dixi Clericum non esse irregularem, qui ab incompetente Judice laico in contumaciam condemnatus est, etiamsi occasione illius injustæ sententiæ nata sit ei infamia publica. Et licet quis crimine infami accusatus fuerit, non ideo infamis censeri debet, nisi apud viros honestos & probos famam ejus laesam esse sciatur, *Hosiens. apud Dicast. n. 364. Imò nemo censetur civiliter infamis, donec condemnatus sit, L. 1. ff. De his, qui notantur, Suar. d. 48. f. 1. n. 22. quamvis contradicat Lugo in Resp. mor. l. 2. dub. 12. Hinc Clericus etiam publicè concubinarium non ideo est irregularis, uti habet communior cum Laym. Garc. Pignat. tom. 9. conf. 139. contra Nav. Tolet. & alios, nullibi enim hoc statuitur, & ipsius infamia non est Juris, sed facti tantum, quæ tollitur per pœnitentiam. A concubinario tamen notorio per sententiam aut per confessionem in Jure factam, aut per talem rei evidentiam, quæ nulla tergiversatione celari possit, neque officia divina peragi neque Sacramenta percipi possunt, quia Ecclesia prohibet, uti videri potest apud Pignat. à n. 189.**

514. §. 3. Histrio sive ludio publicus videtur esse irregularis, quia omnes Jure civili infames etiam sunt infames Jure Canonico, ut rectè Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. n. 2. sic enim habet Regula Generalis Hadriani Papæ causâ 6. q. 1. *Omnes infames esse dicimus, quos leges sæculi infames appellant, atqui*

atqui Histrion Jure civili est infamis, nam ff. l. 3. tit. 2. De his, qui not. infam. L. 1. sic habetur: Praetoris verba dicunt, infamia notatur . . . qui artis ludicrae pronuntiandive causâ in scenam prodierit. Ibidem L. 2. §. ait Praetor, qui in scenam prodierit, infamis est. Scena est, ut Labeo definit, quae ludorum faciendorum causâ quolibet loco, ubi quis consistat moveaturque, spectaculum sui praebiturus, posita sit in publico privatove vel in vico, quo tamen loco passim homines spectaculi causâ admittantur: Eos enim . . . omnes propter premium in scenam prodeuntes famosos esse Pegasus & Nerva filius responderunt. Etiam directè ipso Jure Canonico videntur histriones esse infames, & consequenter irregulares, nam Cap. Maritum. dist. 33. statuitur, Clericum non ordinandum, . . . qui in scena luisse dignoscitur. Causa 4. q. 1. c. 1. §. 2. Omnes etiam infamiae maculis aspersi, id est, histriones . . . ab accusatione prohibentur. Cap. 45. Pro dilectione. De consecr. dist. 2. Consulendum me existimasti . . . quid mihi videatur de histrione . . . an talis debeat communicare nobiscum, quod ego puto nec Majestati divinae nec Evangelicae disciplinae congruere, ut pudor & honor Ecclesiae tam turpi & infami contagione foedetur. Hinc Cap. Donare 7. dist. 86. dicitur: Donare sua histrionibus vitium est immane, non virtus.

§. 4. Per histriones hos, quos Jura dicunt 515. infames, intelligebantur olim illi, qui se pretio conducebant ad spectaculum sui corporis exhibendum, sive qui obscœna publicè representabant, Castrop. d. 6. p. 20. n. 6. Et Laym. n. 1. dicit illos histriones esse infames, qui in publicis obscœnis spectaculis agunt, unde dicendum, si obscœna non agerent, non incurrere irregularitatem. Sed ordinariè obscœna adsunt, & talia præ-

præsumuntur, hinc videntur leges simpliciter tales reddere infames.

516. §. 5. Irregularitas ex infamia, si sit ipso Jure vel per sententiam Judicis inducta, non tollitur per poenitentiam nec per ingressum Religionis, sed tolli debet per dispensationem illius, qui per legem induxit, aut alterius, qui ab eo privilegium habeat, *Suar. d. 48. f. 2. Laym. n. 10. Dicast. n. 387.*

517. §. 6. Irregularitas inducta non per Jus aut sententiam Judicis, sed tantum per infamiam facti v. g. quia scitur antehac commisisse furtum, non est propriè irregularitas nec indiget dispensatione, sed tollitur per factum contrarium, id est, per publicam & constantem vitæ emendationem saltem per triennium, uti ex Jure Canonico & communi Auctores docent, *Laym. n. 10. Castrop. d. 6. p. 20. n. 8. & 14. Dacast. à n. 389.*

518. §. 7. Talis irregularitas, quæ sola poenitentia triennali saltem non tollitur, directè tolli potest à solo Papa, *Suar. l. 2. n. 9.* tamen indirectè tolli potest per ablationem infamiæ seu restitutionem famæ à potestate civili, *Suar. n. 10.* An Nuntius judicii criminalis sit infamis ratione officii, dicam n. 512. de defectu lenitatis.

519. Q. 69. Quid addendum sit circa defectum libertatis. R. §. 1. An Clericus conjugatus in Ecclesia latina ex dispensatione Episcopi sit capax beneficii simplicis dixi l. 4. n. 767. Quid & quotuplex sit Bigamia, an omnes bigami sint irregulares, an Papa cum iis possit dispensare ad Ordines, Beneficia & dignitates, an id etiam possit Episcopus, veri servi qui sint, an capaces Ordinum, aliaque plura dixi l. 4. à n. 768.

§. 2.

§. 2. Cùm *Busenb.* supra dicat conjugatos esse irregulares, nisi uxores consentiant eos ordinari & castitatem voveant; dubitatum est, quid ad hunc casum sit dicendum: Titius conjugatus post consummatum Matrimonium absens ab uxore, bonâ fide putat hanc mortuam, sicque initiatur sacris Ordinibus: postmodum rescit uxorem vivere, quæ tamen postmodum consentit, ut maritus maneat etiam in exercitio suorum Ordinum separatus ab ipsa. *Queritur*, an Titius sit irregularis, & deo nō esse, 1. Quia hæc irregularitas in nullo Jure est expressa; quod enim affertur ex Extravagante *Joannis XXII. Antiquæ*, De voto quoad conjugatum, qui absque uxoris licentia suscipit sacrum Ordinem, ibi tantum est sermo de illo, qui ordinatur sciens uxorem vivere, usi dixi l. 6. p. 2. n. 2220. & potius est pœna suspensionis, vel est irregularitas ex delicto, cum feratur in *presumptuosos*, in *assentantes* hoc facere, suspensio autem vel irregularitas ex delicto non incurritur, nisi ab eo, qui peccaverit mortaliter, uti habet communis cum *Dicast.* de suspensione dub. 3. & de irregularitate dub. 5. Titius autem hic non peccavit mortaliter, ergo. 2. Hæc quasi irregularitas in pœnam lata à *Joanne XXII. secundum Saich.* De Matr. l. 7. d. 49. n. 3. non incurritur, si absuerit dolus, adeoque excusat quæcunque ignorantia Juris vel facti, dummodo non sit affectata, nec ita crassa, ut sit ingens temeritas, quod colligitur ex verbis, *non presumat*, item, *quod si secus a quoquam attentatum fuerit* &c. sed Titius hic non commisit dolum, sed bonâ fide processit, ergo. 3. Si quis dicat esse irregularem ex defectu libertatis, hoc dato, illa jam cessat obtentâ libertate per licentiam

uxoris, uti colligitur ex dictis. Quod si uxor dans quidem licentiam, nolit nequidem in saeculo emittere votum Castitatis, adhuc docet *Sanch.* n. 6. non incurrere hanc irregularitatem, si ad Ordines sacros ascendat, quia *Extravagans* aptè loquitur de illo, qui sine licentia uxoris promovetur. 4. In dubio Juris vel facti, an sit contracta irregularitas, debet judicari non esse contracta, uti cum communi dixi n. 450. Sed hic ad summum est dubium an sit contracta nec ne, ergo.

521. §. 3. Huc pertinet etiam sequens casus, Titius Diaconus dimisso suo Canonicatu in favorem Caji sub pensione annua, vagatur per patrias, tandem dat nomen militiae; in qua tamen nunquam interfuit pugnae aut conflictui, in quo occisus aut mutilatus sit aliquis, nec ipse occidit aut mutilavit aliquem, attamen malè vixit cum aliqua concubina; sed nunquam attentato cum illa Matrimonio. *Queritur* 1. An Titius per hoc, quod fuerit in militia factus sit irregularis. 2. Si factus esset irregularis, an ideo ipso facto amisisset jus ad pensionem. 3. An per vitam malam cum concubina sit irregularis aut amisit jus ad pensionem. *Respondeo ad 1.* negativè cum *Suar.* De irregularitate disp. 47. §. 6. n. 9. cujus hæc sunt verba: *Addo, etiamsi Clericus sit in tali bello justo (quale semper præsumi debet à privato) militando & vulnerando, si tamen propriis manibus neminem mutilet vel occidat, vel sit causa proxima ut alii faciant, non incurrere irregularitatem, etiamsi in tali bello multa homicidia sequantur: ita docent Covarr. Nav. & alii. . . . verissima est hæc sententia & facis expressa in Cap. Petrus tua De homicidio &c. Nam Cap. Petrus tua, inquit Bonac. De irregul. d. 7. q. 4. pu. 4. n. 5.*

num. 5. Papa illum duntaxat iudicat irregularem, qui in bello occidit aut dubitat occidisse, textus enim habet, si aliquem interfecit vel si dubiam de hoc habet conscientiam, ergo cum hæc Jura statutentia irregularitatem sint pœnalia & odiosa, extendi non debent ultra casus lege expressos. Aliam rationem addit Bonac. ne innumera hominum multitudo ligaretur vinculo irregularitatis. Et hæc est communis sententia. Ad 2. Etiam negativè, nam irregularitas non privat ipso jure nequidem Beneficio, Cap. Ex litteris De excess. prælat. Cap. Fraternitas De cler. excomm. docentque omnes communissimè cum Innoc. Abb. Felin. Nav. Suar. d. 46. f. 2. n. 15. Fill. tr. 19. n. 68. uti nec privat fructibus Beneficii, Suar. n. 20. cum communis, ergo multò minùs pensione, sed privatio talis in pœnam statui debet per sententiam Judicis: Et Fill. n. 92. testatur esse expressam decisionem Rotæ, quod talis pœna privationis etiam Beneficii, non fit lata, sed ferendæ sententiæ; Ratio autem generalis est, quam prosequitur Suar. à n. 16. quia lex pœnalis semper intelligenda est quoad pœnam ferendam per sententiam, nisi in ipsa lege aliud exprimat, quod hic non fit. Ad 3. Certum est quòd non, quia secundùm dicta n. 500. nullibi in Jure exprimitur concubinarium esse irregularem, uti nec aliquis fit irregularis per formale odium Dei, Sodomiam, Sacrilegium &c. quamvis sint delicta gravissima, & consequenter sine fundamento diceretur, quòd ideo amittatur Beneficium vel pensio, præsertim Jure & ipso facto.

Q. 70. Quid addendum sit circa defectum lenitatis. 522.

R. §. 1. Omnes ferè antiqui docuerunt, quòd ille incurrat irregularitatem, qui concurrat ad

Tom. VIII.

Qq

mor-

mortem alicujus vel causandam vel accelerandam, quamvis non concurrat auctoritate publicâ seu ut justitiæ Minister, neque injustè vel cum peccato, quia irregularitas ex defectu lenitatis in Jure expressa est contra omnes etiam non ministros justitiæ, si fiat auctoritate privata at tamen absque peccato. E contrâ negant doctissimi viri plures quam 30. quos refert & sequitur ac se inspexisse dicit *Dian.* p. 11. tr. 2. R. 63. accedunt alii multi cum *Schiara* l. 4. diff. 31. *Illf.* tr. 7. n. 87. *Wex*, in append. ad p. 4. decis. 4. n. 11. probâtque fusè *Tambur.* de cens. l. 10. c. 4. explicans omnes textus Juris in contrarium adduci solitos, & ratio est, quia in Jure irregularitas illa expressa est contra solos justitiæ ministros, ex qua sententia *Tambur.* suprâ, *Gobat*, in *Quinario* tr. 1. à n. 305. *Burgh.* cent. 3. cas. 91. præter illa quæ habet *Busenb.* sub finem, deducunt etiam sequentia. 1. Non fieri irregularem, qui, ut rem suam vel alienam, quæ non est parvi momenti, à fure sublatam recuperet, clamat adesse furem, qui postea capitur & suspenditur. 2. Nec illum, qui indicat Judici reum jam esse optimè dispositum ad mortem, ideòque non videri differendam in crastinum. 3. Nec illum, qui singulariter monet carnificem v. g. ut caput illius, qui frangendus est in rota, percutiat valido ictu, ut ratio in ipso turbetur & peccare non possit. 4. Nec illum, qui Judici absolutionem negat, nisi sententiam sanguinis proferat, ad quam ex conscientia tenetur, & idem tenet cum aliis *Gorn.* De penit. p. 2. à n. 377. 5. Nec illum, qui penitentem inducit ad fatendum delictum morte plectendum, ad quod Jure naturali tenetur, & idem dixi l. 6. p. 2. n. 1843. est enim opus obligate.

gatorium, ob cujus causam non debet puniri, & rationem dant, quia si talia fiant bonâ intentione & cum debita circumspectione, carent omni culpâ & non adversantur perfectæ lenitati, cum sæpe necessaria sint vel saltem conducant ad salutem proximi alioquin periclitaturam. Si tamen quis à Judice fuerit interrogatus juridicè, id est tanquam comminister justitiæ & veluti persona spectans ad judicium, detque illi consilium, quo Judex moveatur ad ferendam sententiam in causa sanguinis, hic consulens secundum aliquos est irregularis, non tamen erit, si privatim solum sit interrogatus, uti habet idem *Burgh.*

§. 2. Advocatus, qui à Judice consultus de 523. poena reo infligenda in genere dicit, quid jura statuunt, non fit irregularis, quamvis reus ideo adjudicetur tali morti; si autem in particulari dicat hunc mereri mortem, & multò magis si instiget, sicque sit causa saltem acceleratæ mortis, *Henriq. Hostiens. Panorm. Silv. Less. in auct. V. Judex, cas. 3.* dicunt fieri irregularem.

§. 3. Communis sententia habet cum *Busenb. 524.* testem in causa sanguinis secuto effectu esse irregularem, quod *Nav. Ugol. Bonac. Sperell. decis. 77. n. 17.* intelligunt, si ex ejus depositione secuta est mors vel mutilatio, non autem si ex aliis probationibus aliunde habitis.

§. 4. Nuntium publicum sive tabellionem 525. judicii criminalis esse irregularem ex defectu lenitatis ratione officii, docet *Majolus*, quia ad judicium forense concurrat tanquam minister publicus; imò esse irregularem ex infamia, docent *Ugol. Suar. Henriq. Avill. Fill.* quia hoc officium censeatur vile & infame, sed *Sperell. decis. 77.* imprimis docet, si nunquam exercuerit officium

secuto effectu mortis vel mutilationis, non esse irregularem ex defectu lenitatis, idemque docent *Suar. Sot. Sa, Bonac. & alii* communiter; imò etiam si talis effectus esset securus, tamen cum Nuntius remotè tantum ad illum concurrat inuit probabiliter non fore irregularem. Deinde à n. 25. ostendit officium Nuntii talis non esse de se infame, cum id nullibi exprimat, quamvis aliquibus locis ab aliunde infamibus exerceri possit.

526. §. 5. Si quis occidat iniustum in vasorem pro defensione suæ pudicitiae aut etiam bonorum temporalium non incurrit irregularitatem ex delicto, si non peccet, id est, si defendat bona magni momenti secundum dicta l. 3. p. 1. à n. 808. ac præter ibi citatos docent *S. Th. S. Anton. Silv. Caj. Sot.* quos citat & sequitur *Beja* p. 2. casu 22. probatque ex utroque Jure. Et si alicubi videatur oppositum dici, dicit esse pro casu, quo excedebatur moderamen inculpatæ tutelæ. Nihilominus *Gerf. Abul. Naw. Avil. Henriq. Laym. Regin. Mol. tr. 3. d. 72. & alii multi cum Beja* supra, item *Mendo. Illf. Samig.* apud *Wex* in append. ad p. 4. dec. 4. n. 11. valde probabiliter dicunt talem fieri irregularem ex defectu lenitatis, quia Jus excipit solum occidentem pro defensione vitæ suæ, non autem pro defensione quamvis licita aliarum rerum, sed probabiliter etiam contradicunt multi cum *Dian. p. 4. tr. 2. R. 4. Lugo. De just. d. 10. n. 200. Castrop. pu. 15.* quia licet Jus expressè excipiat solum defendentem vitam, tamen non ideo expressè includit occidentem ex alia causa; & Ratio esse potest, quia sic occidens ex quadam necessitate occidit, ergo occisio non censetur perfectè voluntaria, ergo non incurret pœnam
anne.

annexam. Et similiter non incurrere, qui pro defensione innocentis occidit injustum inuasorem docent *Covarr. Suar. Sa, Less. Turr. Tann.* aliique cum *Lugo* n. 215. contra alios multos. Si licite quidem occidat inuasorem vitæ alienæ, non tamen necessario, *S. Anton. Nav. Suar.* & plures alii dicunt incurrere, quam sententiam *Pignat.* tom. 7. conf. 20. n. 5. vocat certam ex *Cap. Dilecto*, §. fin. De sent. excomm. in 6.

§. 6. Qui inuasorem occidit potens fugiendo vel aliter ejus vim declinare, probabiliter fit irregularis, quia non videtur esse necessitas occidendi, ergo est defectus lenitatis, probabiliter tamen etiam docent *Suar. Castrop.* supra aliique multi cum *Dian. R.* 3. tum non incurrere, si fuga vel alia declinatio occisori esset ignominiosa, ad quam non teneatur cum tanto honoris sui detrimento, adeoque secundum dicta l. 3. p. 1. n. 803. non peccet occidendo, quia adhuc videtur esse moralis necessitas occidendi, quando talem ignominiam subire censetur difficillimum & humano modo impossibile.

§. 7. *Suar. Mol. Cón. Lorca* & alii cum *Lugo* in 528. Resp. mor. l. 5. dub. 14. fatentur Clericum etiam in sacris, etiam Episcopum aut quemcunque alium beneficiatum posse absque irregularitate in bello defensivo pugnare, si hoc sit necessarium propriæ personæ vel Patriæ & bono communi; quod *Mol. & Cón.* extendunt ad justum bellum aggressivum, si necessarium esset ad victoriam, à qua pax, salus innocentum & bonum Ecclesiæ dependeret, quia videtur tum non aggredi, sed defendere se & causam publicam. Et universaliter docent *Nav. Silv. Suar. Fill.* & alii, quos citant & sequuntur *Schiara* l. 4. diff. 34. & *Sperell.* decis.

77. neminem in iusto bello etiam aggressivo feri irregularem, si propriis manibus sanguinem non effundat vel mutilet, quamvis alii in exercitu id faciant. E contra siue Clericus siue laicus propriis manibus sanguinem effundens vel mutilans fit irregularis saltem defectu lenitatis, Cap. *Peritio* de homicidio, Can. Clerici 5. caus. 23. q. ult. Cap. 2. De homicidio in 6. habetque communis cum *Wex* in append. ad p. 4. dec. 4. à n. 4.

529. §. 8. Chirurgus secundum artem secans vel adurens non fit irregularis, quamvis fiat mutilatio vel etiam sequatur mors, quia hic non est defectus lenitatis, cum fiat causa impediendæ mortis. *Burgh.* cent. 3. cas. 91. Si per imperitiam vel negligentiam mors sequeretur, esset irregularis, & ita ex Cap. *Ad aures* de ætate & qualitat. ord. probat *Suar.* d. 47. f. 7. & *Sylvius* supra V. Chirurgus. Si Clericus etiam pietatis causa exerceat chirurgiam per sectionem vel adustionem, ex qua non sequatur mutilatio vel mors, non est irregularis, si autem sequatur mutilatio vel mors, quamvis usus sit regulis artis, est irregularis, quia hoc ipsi specialiter prohibetur Cap. *Sententiam* de ætate & qualitate ordinand., ita *Dian.* tr. 2. R. 23. aliique cum *Sylvio* supra, nisi excuset necessitas, quia alius deest, ita *Bonac.* de irreg. d. 7. q. 4. p. 5. Si autem mors aliunde sequatur *Avila Bonac.* & alii dicunt non esse irregularem, quia mors illi non potest imputari, in dubio tamen an mors sit inde secuta, habendus est irregularis per Cap. *Ad aures*, quod si tantum incidat venam & sequatur mors, *Bonac. Sylvius* & alii dicunt incurri, quia est sectio, negant *Rodrig. & Molin.* Quod si Clericus non utatur sectione vel

vel adustione, sed applicat v. g. emplastrum, quamvis sequatur mors, non est irregularis, quia facit pietatis causa, nec est illi specialiter prohibitum mederi, nisi adhibeatur sectio vel adustio, & quidem ab ipso, unde si eam consulat vel mandet, non incurrit, censura enim aut pœna lata contra facientes non cadit super consulentes aut mandantes, nisi exprimatur, Nav. Henriq. Sylvius supra.

§. 9. Qui malè tractat cadaver Clerici mortui, incurrit irregularitatem, Felin. Schiara, l. 4. diff. 26. n. 15. Etiam, qui percutit Clericum factum hæreticum, Nald. Schiara n. 23.

§. 10. Qui campanam pulsat, quando reus 531. ad supplicium educitur, si ideo pulset, ut reus securius ducatur, est irregularis, quia cooperatur morti malefactoris, secus si pulset tantum ad signum & ad publicum exemplum, sic enim nequidem remotè cooperatur morti malefactoris, ita post Covarr. & alios Sylvius in Resol. variis p. 1. V. Campana; si quis tamen campanam pulset ad hoc, ut Judex in sine pulsus legat aut legi curet sententiam mortis, est irregularis, quia cooperatur executioni mortis differendæ vel accelerandæ, prout diu vel non diu pulsarit, ita Sylvius supra. Denique si quis campanam pulset vel ad seditionem vel ad arma vel pro captione alicujus malefactoris, si ex prælio inde inuito secuta sit mors vel mutilatio, pulsans campanam est irregularis, uti cum Covarr. Majolo & Quaranta docet Sylvius supra contra Zerol. quia talis dat magnam causam mortis vel mutilationis.

FINIS.

O. A. M. D. G.